

87

novembri 1973

# Notitiae

Sacra Congregatio pro Cultu Divino



CITTÀ DEL VATICANO



# Notitiae

Commentarii ad nuntia  
et studia de re liturgica  
edenda cura  
Sacrae Congregationis  
pro Cultu Divino

« Notitiae » prodibunt semel in mense. Libenter, iudicio Directionis, nuntium dabitur Actorum, incepturn, editionum in re liturgica, praesertim e Conferentiis Episcopalis vel Commissionibus liturgicis nationalibus emanantium, si scriptorum vel periodicorum exemplar missum fuerit. *Directio:* Commentarii sedem habent apud S. Congregationem pro Cultu Divino, ad quam transmittenda sunt epistolae, chartulae, manuscripta his verbis inscripta NOTITIAE.

Città del Vaticano

*Administratio*  
autem residet apud  
Libreria Editrice Vaticana  
Città del Vaticano

Pro commentariis sunt in annum solvendae: in Italia lit. 3.000 - extra Italianam lit. 4.000 (\$ 8). Singuli fasciculi veneunt: lit. 300 (\$ 0,60) — Pro annis elapsis singula volumina: lit. 5.000 (\$ 10) singuli fasciculi: lit. 500 (\$ 1).

Libreria Vaticana  
fasciculos Commentarii mittere  
potest etiam via aerea

Libreria Editrice Vaticana  
C.c.p. N. 1-16722

Typis Polyglottis Vaticanis

## SUMMARIUM

*De celebratione Anni Sancti . . . . . 345*

*Ordo Anni Sancti celebrandi in Ecclesiis particularibus:*

Praeludium . . . . .	347
I. De celebratione Paschatis Anni Sancti . . . . .	350
II. Hebdomada Reconciliationis . . . . .	357
I gressus: Spes mundi et Regnum Dei . . . . .	360
II gressus: Verbum caro . . . . .	364
III gressus: Paenitemini et credite . . . . .	367
IV gressus: Per mortem ad vitam . . . . .	369
V gressus: Celebratio Reconciliationis . . . . .	374
VI gressus: Ecclesia in Spiritu adunata . . . . .	376
VII gressus: Mysterium unitatis . . . . .	384

## Appendix:

I. Missa pro Anno Sancto . . . . .	387
II. Oratio Anni Sancti . . . . .	390
III. Sacra Paenitentiaria Apostolica.	
Decretum. Statuitur opus requisitum ad lucrandum « donum Indulgientiae » in variis Ecclesiis localibus Anni Sacri occasione .	391

## DE CELEBRATIONE ANNI SANCTI

*Spiritus Domini super me;  
ad annuntiandum mansuetis misit me:  
ut mederer contritis corde  
et prædicarem captivis indulgentiam,  
clausis apertioñem,  
annum placabilem Domino.*

(cf. Is 61, 1-2 a)

*Celebratio Anni Sancti in Ecclesiis particularibus, a Summo Pontifice Paulo VI indicta, motum spirituale promovere intendit ut fideles, quasi per gressus sibi succedentes, uti fit in peregrinatione, mysterium Christi profundius intellegant atque incommensurabiles divitias Christi vividius attingant.*

*Itinere peregrinationis Anni Sancti populus Dei adducitur ad experientum mysterium voluntatis Dei, qui homines salvos facere volens, ipsis se revelat « multifariam multisque modis » (Heb 1, 1), plenitudine temporum « Filium suum misit, verbum carnem factum, Spiritu Sancto unctum, ad evangelizandum pauperibus, ad sanandum contritos corde »<sup>1</sup> et prædicandum « captivis indulgentiam, clausis apertioñem, annum placabilem Domino » (cf. Is 61, 1-2). Christus, non tantum ad conversionem vocavit, sed humanae redemptionis et perfectae Dei glorificationis opus adimplevit, praecipue per suum paschale mysterium, quo « mortem moriendo destruxit et vitam resurgendo reparavit ».<sup>2</sup> « Nam de latere Christi in cruce dormientis ortum est totius Ecclesiae mirabile sacramentum ».<sup>3</sup> Ideo, opus salutis ab Ecclesia continuo exercetur præsertim per sacramenta, quorum cardo sunt Baptismus, quo homines paschali Christi mysterio inseruntur, Eucharistia, mortis et resurrectioñis Christi memoriale perpetuum, sacramentum pietatis, signum unitatis, vinculum caritatis, convivium paschale,<sup>4</sup> Paenitentia, qua fideles « veniam offenditionis Deo illatae ab eius misericordia obtinent et simul reconciliantur cum Ecclesia, quam peccando vulneraverunt ».<sup>5</sup>*

*Hoc « iter salvationis » quod Ecclesia præsens efficit præsertim sacra liturgia et anno liturgico evolvit, proponitur Ecclesiis particula-*

<sup>1</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. *Sacrosanctum Concilium*, n. 5.

<sup>2</sup> Missale Romanum, Praefatio paschalialis I.

<sup>3</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. *Sacrosanctum Concilium*, n. 5.

<sup>4</sup> Cf. S. Congr. Rituum, Instr. *Eucharisticum mysterium*, 25 maii 1967, n. 3.

<sup>5</sup> Cf. Conc. Vat. II, Const. *Lumen gentium*, n. 11.

*ribus durante Anno Sancto septem gressibus seu temporibus, quae spatio unius hebdomadae celebrari possit, vel etiam longiore tempore aut quibusdam tantum diebus. Nam momenta maioris momenti habentur vocatio ad paenitentiam (III gressus), celebratio sacramenti reconciliationis (V gressus) et Eucharistiae (VII gressus). De cetero, omnia elementa aptanda sunt iuxta adiuncta localia et necessitates pastorales coetuum fidelium.*

*Schema huius Hebdomadae Reconciliationis, a Sacra Congregatione pro Cultu Divino apparatum, editum est a Consilio primario Anni Sancti, volumine Ordo Anni Sancti celebrandi in Ecclesiis particularibus, quod Conferentiis Episcopilibus missum est.*

*In volumine continentur etiam suasiones pastorales pro præparanda homilia dominicali, quae rationem habeat et de lectionibus dominicarum anni C et de thematibus Anni Sancti, præsertim vero de Reconciliatione, quod est præcipuum thema a Summo Pontifice propositum.*

*Insuper peculiaris attentio datur tempori maioris momenti in Anno liturgico, scilicet Quadragesimæ-Paschæ.*

*Utile nobis visum est lectoribus Notitiæ potiora elementa supradicti voluminis præbere, scilicet: Praenotanda; schema Hebdomadae reconciliationis; indicationes pro celebratione paschatis Anni Sancti. Refertur etiam peculiaris oratio pro Anno Sancto et Missa de Anno Sancto. Quidam tantum textus hebdomadae reconciliationis dantur. Saepe solummodo indicationes offeruntur.*

*Tandem, Ordo Paenitentiae, mox edendus, novum aptissimum instrumentum præbebbit ad iter reconciliationis occasione Anni Sancti peragendum.*

### *Meminisse iuvabit*

*Editionem latinam novi « Ordinis Unctionis infirmorum » necessario adhibendam fore in tota Ecclesia inde a die 1 mensis ianuarii anni 1974, ex præscripto Constitutionis Apostolicae « Sacram Unctionem Infirmorum », editae die 30 mensis novembris superioris anni.*

## ORDO ANNI SANCTI CELEBRANDI IN ECCLESIIS PARTICULARIBUS

### PROCÉMIUM

**1.** Annus Sanctus peculiaris est annus gratiæ. Tempus nempe est, quo Populus Dei nova ratione et altiore accedit ad fontes salutis, ut ad illam animorum renovationem perveniat, quæ magis magisque eum reddat populum sacerdotalem et propheticum, populum sanctum, ipsius Christi eius capitï sanctitatem exprimentem et testificantem.

Huiusmodi renovatio in Ecclesiis particularibus seu diœcesis primum fit, ubi, Episcopis præeunitibus, christifideles invitantur ut sacri Iubilæi tempore sic vivant, ut ad sinceram conversionem intendant. Se apertiores reddentes et dociliores Verbo, in Spiritu amoris promptiores quoque erunt ad se sive Deo reconciliandos sive fratribus in Christo, per quem « reconciliationem acceperimus » (cf. *Rom* 5, 11).

Qui Christus Iesus, pro nobis moriens et a mortuis resurgens, factus est minister reconciliationis hominum cum Patre, idem iugiter offertur per ministerium Ecclesiæ (cf. *2 Cor* 5, 18-19), quæ per Annum Sanctum Apostoli hortationem vehementius renovat: « Obsecramus, reconciliamini Deo » (*2 Cor* 5, 20).

Quo propius homo, se Deo reconcilians, Patri bonitatis et misericordiæ obviam it, eo magis incitamentum in illo invenit et ardorem, ut etiam terrestri hoc itinere fratribus se reconciliet, cum iisque ad domum Patris una simul tendat.

Huius autem reconciliationis apertissimum « signum » est Christi sacrificium. Etenim unum eundemque panem manducando et calicem bibendo, singuli fideles et communitates donum fratribus parant, quo ad veram erga Ecclesiam dilectionem invicem moveantur.

**2.** Conversionis iter Ecclesiarum particularium itinere ad urbem Romam significanter perficitur, ad eam videlicet Ecclesiam quam Petrus et Paulus Evangelium docuerunt suoque effuso sanguine sanctificaverunt. « Ad hanc enim Ecclesiam propter potiorem principalitatem necesse est omnem convenire Ecclesiam, hoc est eos qui sunt undique fideles, in qua semper ab his, qui sunt undique, conservata est ea quæ est ab Apostolis traditio ».<sup>1</sup>

Summo cum Pontifice, unaque cum fratribus cuiuscumque generis, linguae et nationis, ardentius votum fiet unitatis mystici Corporis efficiendæ;

<sup>1</sup> S. IRENÆUS, *Adversus hæreses*, 3, 3, 2.

fames præterea renovabitur et sitis iustitiae, itemque sincera exardescet «operatorum pacis» voluntas, alacer denique eorum erit opera ad mundi necessitatibus subveniendum.

3. Maximopere oportet ut spiritale Anni Sancti iter sacrae Liturgiae menti congruat, ita ut mysterium liturgicum atque Pænitentiae et Eucharistiae sacramenta tamquam præcipua habeantur subsidia sive ad reconciliationem cum Deo et hominibus obtainendam, sive ad renovationem, quam singuli fideles atque ecclesiales communitates sibi comparare debent.

4. Ut hæc vero impetrantur, quædam proponuntur Conferentiis Episcopilibus animadversiones, ad spiritalia per Anni Sancti spatium ordinanda incepta utiles.

Quæ tamen rerum agendarum lineamenta uniuscuiusque nationis conditionibus aptari possunt singulisque fidelium cœtibus, qui sacri Iubilæi ritibus intererunt, iis videlicet consideratis et servatis quæ ad suam cuiusque pertinent humanam ac religiosam educationem, psychologiam, optata, postulationes.

5. Præcipuum sit sacrorum Pastorum studium fidelibus opportunitatem præbere, ut spiritalem renovationem per salutis historiam sibi procurent, ab Ecclesia in sacra Liturgia refectam.

[...].

6. Prospectus generalis, *iter reconciliationis* per Annum Sanctum spectans (*Hebdomada reconciliationis*), proponitur ut agendi ratio per septem tempora ordinata, atque duobus præcipue christianæ renovationis sacramentis ininititur: *Pænitentia* et *Eucharistia*.

Quæ tamen agendi ratio amplius evolvi potest, ut Iubilæi ritus eo anni liturgici tempore celebrentur, quod magis est ad incitandam voluntatem idoneum, id est quadragesimale et paschale. Item potest breviore tempore contrahi.

7. Celebrations per diversa Anni Sancti tempora distribui possunt, cum nec communates nec singuli fideles cunctis interesse ritibus valeant, totum annum ordinatis.

Sacrorum Pastorum maximum studium sit, ut, pro variis rerum atque locorum adiunctis, ad Anni Sancti optatum finem quam efficientissimo poterit modo perveniat, ita ut in christifidelium atque civilis societatis vitam et opera certe influat.

8. Strictim hic proposita rerum agendarum ratio, quæ ad spiritale iter impensis peragendum intendit, variis personarum cœtibus aptari potest perque diversa anni tempora ad effectum adduci.

9. Perdurante Anno Sancto, alia in peculiaribus Ecclesiis iniri possunt incepta, hic haud indicata. Summopere enim præstat, ut singularum diœcœsi communates ad eam conversionem et renovationem perveniant, quarum adipiscendarum Annus Sanctus simul fons est atque opportunum tempus.

**10.** Populus autem Dei, dum ad vitæ renovationem per Annum Sanctum tendit, haud eorum obliscatur qui, vitæ curriculo confecto, terrestri hac vita functi sunt.

Etenim fructus illius caritatis, quam, se Deo reconciliantes, fideles adipisciuntur, quamque iugi renovationis studio augent, in defunctos quoque fratres redundabunt, propterea quod, Dei visionem exspectantes, piacularibus vivorum precibus eorumque bonis operibus adiuvantur, ut ad Beatorum sedes citius perveniant.

In cunctis ideo sacris ædibus et templis, Anni Sancti favente tam especiata animarum alacritate, ii religionis actus suadeantur, qui ea ratione ab Ecclesia præcipiuntur, ut mortuis fidelibus subsidium a Deo impetretur; in quibus præcipue sacrificium eucharisticum atque preces pro defunctis numerantur.

**11.** In liturgicis celebrationibus, quibus totus populus intersit, vel in ceteris populi christiani exercitiis numquam desint preces pro Summo Pontifice, qui est vinculum unitatis omnium Ecclesiarum.

*« Col Giubileo Noi ci proponiamo il rinnovamento dell'uomo e la sua riconciliazione con Dio, che avvengono anzitutto a livello di profondità, nel sacramento interiore, dove la coscienza è chiamata a operare la sua conversione, o "metanoia", mediante la fede e la penitenza (cf. Mc 1, 15), e a tendere alla pienezza della carità.*

*Dio stesso, infinitamente misericordioso, dopo aver redento il mondo mediante Gesù Cristo suo Figlio, chiama tutti gli uomini, nessuno escluso, a partecipare ai frutti della redenzione (cf. 1 Tm 2, 4) e interviene col suo Santo Spirito per operare in essi la salvezza (cf. Rm 8, 10 ss.).*

*La Chiesa è convinta che solo da questa operazione interiore può derivare anche la riconciliazione tra gli uomini, come dimensione sociale del nuovo patto di alleanza, che deve abbracciare tutti i settori e i livelli della vita, nei rapporti tra gli individui, le famiglie, i gruppi, le categorie, le nazioni; per divenire, in quanto è possibile alla fragilità dell'uomo e alla imperfezione delle istituzioni terrene, fermento di pace e di unità universale.*

*Essa, perciò, s'impegna a far sì che la forza della redenzione operata da Cristo rinsaldi nei fedeli, nelle diocesi, nelle parrocchie, nelle comunità religiose e negli altri centri di vita cristiana e di apostolato, come anche nelle Chiese finora da noi separate, i vincoli della fede e della carità nel Sangue di Cristo (cf. Col 1, 20). La Pentecoste della grazia potrà così diventare anche la Pentecoste della nuova fraternità.*

*Questo è lo spirito che Noi speriamo di veder fiorire in tutta la celebrazione dell'Anno Santo ».*

(Ex Epistola Summi Pontificis Pauli VI ad Card. M. de Furstenberg, Præsidem Consilii primarii Anno Sancto celebrando, de 31 maii 1973).

## I

DE CELEBRATIONE PASCHATIS  
ANNI SANCTI

Annualis celebratio mysterii paschalis Christi mortui et resurrecti est anni liturgici culmen.

Etsi triduum paschale sit eius centrum, tamen ipsa enodatur per quinquaginta temporis paschalis dies et aperitur tempore quadragesimali, quod est peculiare momentum *reconciliationis* cum Deo et fratribus.

Quare tredecim hebdomadæ, quæ a die Cinerum usque ad Pentecosten enodantur singularem præbent occasionem ad Annī Sancti celebrationem instituendam.

Quæ celebratio convenienti actione liturgica constabit tum in unaquaque die dominica cum in diebus determinatis pro unaquaque hebdomada ac dispositis perdurante toto quadragesimali ac paschali tempore, exceptis diebus dominicis.

I. DE CELEBRATIONE DIERUM DOMINICARUM  
TEMPORE QUADRAGESIMÆ ET PASCHÆ

## A. VIGILIA DIEI DOMINICÆ

Perplures monasticæ ac religiosæ communites antiquam Ecclesiæ consuetudinem adhuc tenent celebrandi videlicet sollemniter vigiliam diei dominici, tum præstantiorem amplitudinem præbendo primis vesperris dierum dominicarum, cum protrahendo officium nocturnum.

Ut facilior reddatur huiusmodi celebratio Liturgia Horarum proponit « vigiliam dominicalem protractam » quæ terminari potest lectione e narrationibus evangelicis resurrectionis Domini.

Inter vero dominicales vigilias duæ præminentem momentum habent: « vigilia paschalis », quæ est « mater omnium sanctarum vigiliarum » iuxta sancti Augustini dictum, atque « vigilia Pentecostes », pro qua Missale Romanum missam propriam habet atque lectionum diutinem delectum.

Auspicandum est christianas communites, id est religiosæ communites et omnes cœtus orantes, quatenus possint, niti ut quadragesimali et paschali tempore huius anni crebriores fundant orationes vigilis dominicalibus, ita ut perspiciant peculiare momentum orationis nocturnæ, cuius exemplum præclarorum nobis reliquit Christus Dominus, quæque singularis pœnitentialis oratio habetur, cum impensior fiat silentio quo circumfertur et quodammodo plena secundi adventus Christi spe: « Ecce sponsus venit, exite obviam ei » (*Mt* 25, 6).

## B. CATECHESIS MISSÆ DOMINICALIS

Missæ dominicalis catechesis aucta universalis oratione populum christianum apte introducere potest ad interiorem renovationem quæ Anni Sancti fructus esse debet.

### 1. *Tempus quadragesimale*

Lectiones dierum dominicalium temporis quadragesimalis anni 1974 (annus C) optime aptantur catechesi, de qua supra:

*Dux priores dominicæ* nobis ostendunt, sicuti in unoquoque anno, Christum Dominum pugnantem adversus Satanam (*Lc* 4, 1-13) et postea splendentem in transfigurationis gloria (*Lc* 9, 28 b-36).

Sive pugna, sive gloria figura sunt vite christianæ.

Institui quodammodo potest secunda dominica in quadragesima festum Transfigurationis, vitæ christianæ caracterem eschatologicum illustrando, uti facit S. Paulus in secunda lectione.

Christi enim transfiguratio nobis revelat metam ad quam nos omnes tendere debemus.

*In tertia dominica* seligere possumus inter duo proposita themata: vel vocatio ad conversionem, de qua loquitur Iesus in Evangelio (*Lc* 13, 1-9), vel Dei viventis revelatio, de quo in prima lectione, ubi Deus Moysi suum nomen manifestat (*Ex* 3, 1-8 a; 10; 13-15).

Cum vero vocatio ad paenitentiam iam in feria IV Cinerum illustrata sit, cumque aliis temporibus consideranda veniet, utilius erit prioritatem Exodi textui tribuere, qui vere præcipuus est in tota revelationis historia.

*Quarta dominica* illustratur lectione parabolæ filii perditæ (*Lc* 15, 1-3. 11-32). Edoceantur fideles circa Dei infinitam misericordiam, sincerum redditum filii prodigi (« surgam et ibo ad patrem meum »: ecce conversio), necnon mediocrem aptitudinem senioris filii.

*Quintæ dominicæ* epistola et evangelium nobis pandunt Iesum salvatorem. Evangelium præbet Christum adulteram dimittentem (*Io* 8, 1-11); S. Paulus in epistola (*Pb* 3, 8-14) monet nos omnes salvari per fidem in Christo Iesu et quod oportet nos ab ipso comprehendendi.

*Sexta dominica* christianorum oculis Christum crucifixum ostendit, qui hominibus paradisi originalis ianuam aperit (*Lc* 22, 14-23. 56).

### 2. *Tempus paschale*

Paschale tempus incipit a « vigilia sancta », cuius celebratio hoc anno sollemnizari potest vigilia baptismali, celebrando nimirum sive adulorum sive infantium baptismata.

Quam potius hac sancta nocte Ecclesia novis ditabitur fœtibus, scilicet filiis et Dei filiabus, tam clarissimum signum salutis fidelibus præbebitur.

Revera, post ritus baptismalis celebrationem professio fidei a christifidelium communitate prolata singularem acquirit significationem.

Temporis paschalis catechesis fieri potest sumpto themate tum ex evan-geliis tum ex ceteris lectionibus dierum dominicalium.

Evangelia enim Christum nobis ostendunt resuscitatum, ceteræ lectiones præsertim mysterium Ecclesiae.

a) Catechesis ab evangeliis: Christus Salvator.

*Secunda dominica:* S. Ioannes refert duas apparitiones Christi Apostolis suis, sero eiusdem diei paschatis et die octavo (*Io 20, 19-31*). Catechesis urgere poterit vel in mandato Apostolis traditum: « *Sicut Pater misit me, ego mitto vos* », vel in dono Spiritus Sancti remittendi scilicet peccata, quod uti ministerium Apostolis confertur.

*Tertia dominica:* S. Ioannes narrat Iesu apparitionem discipulis penes lacum Genezareth (*Io 21, 1-19*).

Illustrari poterit cura quam præbent evangelia in describendis prandiis a discipulis sumptis una cum Resuscitato. Horum conviviorum lætitia gau-dium suum transmisit « *Cenæ Domini* », cum ista facta sit « *Eucharistia* ».

*Quarta dominica* est dies boni Pastoris (*Io 10, 27-30*). Parabola, quæ concludit caput decimum evangeli s. Ioannis, vere profundissimam habet significationem: Iesus resuscitatus ac Deus, Pastor Israelis, Unus et idem sunt.

Iesus resuscitatus factus est fons vitæ æternæ ipsius morte ac resurrec-tione.

*Quinta dominica:* Iesus nobis tradit mandatum novum: *Diligite alterum, sicut ego dilexi vos* (*Io 15, 1-8*). Amor, quo diligere debemus fra-tres nostros, non est sola philanthropia: est e contra communicatio cum amore quo Christus illos diligit, vel revelatio huiusmodi dilectionis.

*Sexta dominica:* Iesus promittit discipulis quod iterum veniet cum Patre et mansionem faciet apud illum qui eum diligit, et simul Spiritus Sancti adventum promittit (*Io 14, 23-29*).

Hic revera illustratur mensura vitæ spiritualis christianæ, quæ tam fre-quenter obliviscitur, habitatio nimirum Trium Divinarum Personarum in eo qui Spiritu Sancto vivit.

Vita etenim christiana minime est habenda tantum humanitus etsi im-pense; ipsa pertinet ad alium ordinem: est vita in Spiritu Sancto.

*Ascensio:* tradita a s. Luca (24, 46-53) præbetur uti gaudii fons et operum gratiæ pro Christi discipulis: tempus enim novum aperit, missio-nem nimirum et nuntium conversionis pro omnibus hominibus.

*Septima dominica* participes nos facit orationis Christi pro unitate omnium qui credunt in eum (*Io 17, 20-26*). Quæ unitas signum credibili-tatis esse debet, ut homines recipere possint salutis nuntium.

*Dominica Pentecostes:* S. Ioannes memorat promissum Spiritus Sancti redditum, uti « *fons aquæ vivæ salientis e corde Christi* » (Missa vespertina, *Io 7, 37-39*): atque donum Spiritus ad remittenda peccata vespere diei Paschatis concessum (*Io 20, 19-23*).

*b) Catechesis ex Actibus Apostolorum et Apocalypsi: Ecclesia, salutis nuntius.*

*Secunda dominica:* Ecclesia, post Pentecosten, apparet plena Spiritu Sancto; proclamat Christum Dominum omnibus hominibus; fides diffunditur, cum discipulorum communitas maximum ostendat signum, quod eam conformem reddit Domini mandato: omnes enim credentes unanimes sunt et uno corde vivunt (*Act 5, 12-16*); recoli possunt etiam textus comparati annorum A et B.

*Tertia dominica:* Apostoli « testes sunt cum Spiritu Sancto » quod Iesus factus est a Deo « Primatum tenens, Salvator ». Ipsa vero parati sunt contumeliam pati, dummodo evangelium proclament, cum « Deo oportet obediere priusquam hominibus » (*Act 5, 27 b-32. 40 b-41*).

*Quarta dominica:* S. Petrus iterum proclamat quod « Deus Christum crucifixum Dominum fecit » et vocat homines ad sese convertendos, ut Deum petant in fide, ita ut habeant remissionem peccatorum et donum Spiritus Sancti (*Act 2, 14 a. 36-41*): fides in Christum resuscitatum, profunda conversio, intima mutatio doni Spiritus Sancti gratia, hoc est iter conversionis ad Christum.

*Quinta dominica:* uti antea, s. Ioannes in Apocalypsi dirigit oculos nostros versus Ierusalem novam, « habitationem Dei inter homines, cælestem Ecclesiam » ubi amplius non erit mors (*Ap 21, 1-5 a*).

Hæc visio minime intendit nos avertere a difficultatibus huius mundi sed nobis ostendit metam itineris terreni et simul nobis recolit quod invisibilia constituant veram vitam.

*Sexta dominica:* Concilium Ierusalem, cui se referunt Actus Apostolorum (15, 1-2. 22-29), aperte decernit quod Christi Ecclesia minime tantum Iudæis, sed omnibus hominibus patet: nemo excluditur a novo Dei Populo, sive ob genus sive ob pellis colorem.

Quicunque credit in Iesum Christum partem habet in Ecclesia.

*Ascensio Domini:* in narratione novissimæ Iesus apparitionis suis Apostolis (*Act 1, 1-11*) conicitur vinculum quod exstat inter fidem in Christo Iesu, donum Spiritus Sancti atque testimonium quod christiani reddere debent propriæ fidei sub impulsu Spiritus, qui in eis vivit.

*Septima dominica:* narratio martyrii s. Stephani (*Act 7, 55-60*) complectitur totam institutionem traditam tempore paschali ab Actibus Apostolorum et Apocalypsi. Christifidelis, « plenus Spiritu Sancto », debet in semetipsa passionem Christi portare, eiusque resurrectionis testimonium reddere, atque iter facere fixis oculis in invisibilem, Christum nempe qui vivit in gloria Patris.

*Dies Pentecostes:* Unaquæque ex quatuor lectionibus missæ vespertinæ selectis e Veteri Testamento illustrat unam e præcipuis rationibus diei Pentecostes. Opportunum forsan erit sistere in prima lectione, quæ tradit historiam constructionis turris in Babel (*Gn 11, 1-9*). Ecclesia, plena Spiritu Sancto, est nova immo anti-Babel turris, cum ipsa congreget omnes homines.

In Missa diei, narratio descensus Spiritus Sancti supra primos discipulos Iesu Ecclesiae universalitatem manifestat (*Act 2, 1-11*), dum epistola præbet in diversimoda activitate penes Ecclesiam, exemplar operositatis Unius Spiritus (*1 Cor 12, 3b-7. 12-13*).

## II. DE CELEBRATIONIBUS INFRA HEBDOMADAM

Dum catechesis Missarum dierum dominicarum temporibus Quadragesimæ et Paschæ permittit ut populus christianus Annī Sancti præcipuas rationes attingat, oportet ut fideles quamquam propriam partem afferant, præter participationem ad missam dominicalem. Quapropter proponuntur coadunationes pro unaquaque hebdomada.

Tempore quadragesimali propositæ coadunationes infra hebdomadam finem habent celebrandi *reconciliationem uniuscuiusque baptizati cum Deo et fratribus*. Tempore autem paschali detegentur *exigentiae vitæ in Ecclesia sub ductu Spiritus*.

### A. DE HEBDOMADIBUS TEMPORIS QUADRAGESIMÆ

Quadragesima anni 1974 coincidet cum promulgatione Ordinis Pænitentiae instaurati, cuius applicatio constituere potest peculiare elementum præparationis ad celebrationem paschatis hoc Anno Sancto.

#### 1. De novi Ordinis indicationibus

Post Baptismum, Pænitentia est sacramentum reconciliationis peccatoris cum Deo et fratribus, at reconciliatio cum Deo habetur reconciliatione cum Ecclesia. Liturgia insistit huic præcipuo aspectui, qui extollitur tum in reconciliatione unius peccatoris, cum in celebrationibus pænitentialibus communictariis.

Unoquoque anno, cum celebretur mors et resurrectio Christi, christianus invitatur ut reconcilietur Deo (*2 Cor 5, 20*).

Opportunum dicitur ut se disponat ad reconciliationem una simul cum suis fratribus uno eodemque itinere.

Quapropter fratrum communitas certior esse debet invitationis, quæ ei proponitur. Etsi bonum sit quod præparatio ad reconciliationem influxum habeat in uniuscuiusque vita, tamen opportunum dicitur ut sit etiam obiectum celebrationum liturgicarum distributarum perdurante toto tempore quadragesimali, ita ut christifideles recipient simul Christi invitationem ad conversionem et simul implorent Christi veniam et donum Spiritus Sancti.

*Ordo Pænitentiæ* proponit, præter liturgiam cinerum initio Quadragesimæ, duas celebrationes pænitenciales perdurante eodem tempore.

#### 2. De celebrationibus tempore Quadragesimæ

Adsunt tres celebrationes pænitenciales, quæ constituunt præcipuas coadunationes hebdomadarum temporis quadragesimalis.

Infra unamquamque earum inseri potest quædam ex celebrationibus propositis pro Anni Sancti hebdomadae reconciliationis.

Adhiberi potest schema, quod sequitur:

*Feria IV Cinerum*: celebratio pænitentialis, iuxta Missale Romanum.

*Prima hebdomada*: exspectatio Regni; cf. primam celebrationem Anni Sancti hebdomadæ reconciliationis.

*Tertia hebdomada*: secunda celebratio pænitentialis: *Pænitentia ad roboram vel restaurandam gratiam baptismatis* (cf. *Ordo Pænitentiæ*).

*Quarta hebdomada*: Pænitentia et credite; cf. tertiam celebrationem Anni Sancti hebdomadæ reconciliationis.

Potest etiam haberi uti obiectum huius cœtus *oratio pro cathecumenis* (cum lectione cuiusdam ex præcipuis pericopis Evangelii Ioannis, v. gr. de Samaritana, de cæco nato, de Lazaro), vel instituere celebrationem magis popularem cum exercitio *Viae Crucis*.

*Quinta hebdomada*: tertia celebratio pænitentialis: *Pænitentia ad præparationem plenioris participationis in mysterio paschali Christi pro mundi salutate* (cf. *Ordo Pænitentiæ*).

*Sexta hebdomada* habetur celebratio tridui paschalis.

## B. DE HEBDOMADIBUS TEMPORIS PASCHALIS

Celebrationes infra hebdomadas perdurante tempore paschali fidelium communitates adiuvabunt, ut ipsæ certiores fiant de suis officiis sive erga proprios sodales, sive erga hominum universitatem, iuxta proposita, quæ constituunt fines Anni Sancti celebrationum.

*Prima hebdomada*: Pascha ægrotantium et infirmorum.

Gestentur ad ecclesiam omnes qui traici possunt et cum eis Eucharistia celebretur inserendo, si circumstantiæ hoc suadent, celebrationem communitarianam Unctionis infirmorum. Instituatur ægrotantium totius parœciæ visitatio: eisque afferatur Eucharistia, cum ipsis preces fundantur, dona eis offerantur.

*Secunda hebdomada*: de oratione christianorum.

Institui possunt, iuxta modalitates vere flexibles, orationis conventus pro unoquoque fidelium ordine (propriis diebus, si casus ferat), recursum faciendo ad diversitatem sive locorum, sive mediorum expressionis, quibus uti possit. Peculiaris habeatur cura pro oratione iuvenum.

*Tertia hebdomada*: domus christiana, « Ecclesia domestica ».

Familia christiana, quæ est cellula Ecclesiæ localis, easdem possidere debet notas ac Ecclesia universalis, unitatem scilicet, sanctitatem, promptitudinem erga omnes etsi semper radicata in eadem fide recepta ab Apostolis. Celebratio, quæ contineat visibilem gestum renovationis promissionum alterutrius coniugis, earum vividiorem conscientiam in fidelibus excitabit.

*Quarta hebdomada:* diocesanæ ecclesiæ detectio ope peregrinationis.

Ecclesia terrestris est in via. Quapropter huius dimensionis ecclesiæ diocesanæ detectio optime fieri potest peregrinatione, duce episcopo vel eius delegato.

Peregrinatio metu habeat ecclesiam cathedralem vel quemdam sacrum locum, qui fidelium devotioni carus sit.

Opportunum videtur quod non solum adsit celebratio sed etiam iter, præsertim pro iuvenibus: « La marche n'est pas seulement une victoire sur le temps, elle est aussi une libération des sollicitudes du monde ».<sup>1</sup>

*Quinta hebdomada:* de actione missionali.

Huius hebdomadæ celebratio adiuuare debet christifideles ad detegendum proprium officium missionarium relate ad eos cum quibus consuetudinem habent cotidianam et quidem relate ad eos intra quos vitam degunt, necnon circa institutiones quæ vitam professionum, vel socialem vel politicam attingunt.

Debet insuper eos urgere quoad officia cuicunque christiano pertinentia, scilicet totius mundi evangelizationem.

*Sexta hebdomada:* dies Ascensionis.

Ubi sollemnitas Ascensionis celebratur die dominica, potest thema propositum pro hebdomada septima dividi in duas partes, et institui quædam celebratio cœcumenica.

*Septima hebdomada:* Ecclesia adunata in Spiritu Sancto.

Cf. septimam celebrationem propositam pro Anni Sancti hebdomada reconciliationis.

Si celebratio fit feria sexta, scilicet die 31 maii 1974, in festivitate Visitationis B. M. V., urgeri potest consideratio fidelium supra Mariam, Matrem Ecclesiæ, quæ in Cenaculo orationes fundit cum Apostolis, exspectantibus Spiritus Sancti adventum (cf. *Missale Romanum*, p. 675 et Missa « de sancta Maria Ecclesiæ matre », infra p. 379).

<sup>1</sup> L. ZANDER, *Le Pèlerinage*, in *La Maison-Dieu* 43 (1955), p. 98.

---

Die 26 septembris 1973, Rev.mus Ioseph Pascher, professor emeritus Universitatis Monacensis, qui fuit Consultor « Consilii ad exsequendam Constitutionem de sacra liturgia » et Coetum a studiis « de psalmis distribuendis » moderavit, octogesimum aetatis suae annum explevit. Una cum omnibus sacrae Liturgiae cultoribus fervida vota ominaque ex corde pandimus.

## II

## HEBDOMADA RECONCILIATIONIS

## PRÆNOTANDA

1. Hebdomada reconciliationis *iter* est, quod Verbo Dei inititur et ad sacramentum reconciliationis, seu *Pænitentiam*, et unitatis, seu *Eucharistiam*, tendit; ad recolendam historiam salutis impellit, sic ut annus liturgicus præbet, quæque in mysterio paschali perficitur.

En præcipua hebdomadæ lineamenta:<sup>1</sup>

Dies dominica vel feria II	Spes mundi et regnum Dei.
Feria II vel III	Verbum caro.
Feria III vel IV	<i>Pænitemini et credite.</i>
Feria IV vel V	Per mortem ad vitam.
Feria V vel VI	<i>Celebratio reconciliationis.</i>
Feria VI vel sabbatum	Ecclesia in Spiritu adunata.
Sabbatum vel dies dominica	<i>Mysterium unitatis.</i>

2. Hebdomada reconciliationis, quin stricta septem dierum successio, tempus quoddam potius habeatur, quo fideles ad conversionem invitantur, his præsertim adhibitis subsidiis: peculiari auditione Verbi Dei, per Sacrae Scripturæ lectionem vel per sacros sermones traditi; impensioribus quam haberi soleant factis Deo precibus; ritibus pænitenzialibus et eucharisticis. Per septem igitur dies vel per amplius temporis spatium hebdomada explicari potest, aut, si res ferat, diebus imminutis.

Primarii, ad quos fideles tendant fines, ii considerantur qui ad dies III, V et VII pertinent. Primarii profecto fines apti videntur ut satis abunde christifideles adducantur ad persentiendum Anni Sancti sensum eoque fruendum.

3. Varii possunt esse celebrationum modi et formæ, id est: Missæ sacrificium, alicuius sacramenti administratio, Verbi Dei celebratio, vigilia in orando producta.

Pro hebdomadæ celebratione complures suadentur modi, peculiaribus exhibitis textibus liturgicis, atque variæ rituum expressiones. In quibus tamen hæ exstant præcipue partes:

- a) Verbi Dei proclamatio,
- b) preces communes et cantus,
- c) ritus, signa, symbolici gestus.

4. Propositi textus e libris liturgicis, ut nunc prostant, fere omnes excerpti sunt, vimque maximam habent ad thema intellegendum. Alii tamen seligi possunt, singulis communitatibus aptiores.

<sup>1</sup> Dies hebdomadæ ita indicantur ut semper vel initio vel in fine celebratio fiat die dominica.

Item textus, cuidam celebrationi agendæ destinati, ad aliam transferri possunt, dummodo idonei sint.

Ad cantus quod attinet, vel ex usitato latino repertorio deligi, vel ii, qui Ecclesiarum particularium proprii sunt, adhiberi possunt.

Quædam factæ sunt pastoralis generis declarationes ad thematis expositionem eiusdemque explicationem et intellegentiam, locorum scilicet rerumque adjunctis aptandæ.

Itaque pro unoquoque gressu Hebdomadæ reconciliationis, præbentur:

- 1) celebrationis formæ;
- 2) elementa pro celebrationibus, scilicet orationes, lectiones, cantus;
- 3) indicationes pastorales.

**5.** In eligendis temporibus et modis celebrationis ratio habeatur ad consuetudines locorum proprias.

Sacra in primis itinera ad cathedrale diœcesis templum et ad sanctuaria, quæ forte in regione extant, magnopere considerentur.

**6.** *Hebdomada* ut exemplar proponitur Conferentiis Episcopalibus, quæ sane studebunt ut, si oportuerit, aptius illam disponant sicut dispositam nationis suæ Ecclesiis utilius præbeant. Quare consulant præsertim ut perspicuis verbis eos titulos exprimant, qui unicuique gressui consentanei sunt.

**7.** Examen conditionis singularum Ecclesiarum atque aptiora inibi ineunda pastoralia incepta, id sane efficient, ut huiusmodi « salutis iter » non exteriore. tantum ac populares cæremoniae attingat, cuiusque loci proprias, verum etiam ut ad christianorum vitam vere ac stabiliter renovandam conducat.

---

*« Il termine riconciliazione richiama il concetto opposto di rottura. Quale rottura dovremmo aggiustare per raggiungere quella riconciliazione, ch'è condizione dell'auspicato rinnovamento giubilare? Quale rottura? Ma non basta forse porre questa parola programmatica di riconciliazione per accorgerci che la nostra vita è turbata da troppe rotture, da troppe disarmonie, da troppi disordini per poter godere dei doni della vita personale e collettiva secondo la loro ideale finalità? »*

*Abbiamo innanzi tutto bisogno di ristabilire rapporti autentici, vitali e felici con Dio, d'essere riconciliati, nell'umiltà e nell'amore, con Lui, affinché da questa prima, costituzionale armonia tutto il mondo della nostra esperienza esprima una esigenza ed acquisti una virtù di riconciliazione, nella carità e nella giustizia con gli uomini, ai quali subito, riconosciamo il titolo innovatore di fratelli ».*

(Ex Allocutione Summi Pontificis Pauli VI in Audientia generali diei 9 maii 1973 in qua celebrationem Anni Sancti primo nuntiavit).

**CONSPPECTUS GENERALIS HEBDOMADÆ RECONCILIATIONIS**

THEMA	CONTEXTUS LIT.	FORMÆ CELEBRAT.	RITUS	INDIC. PASTORALES
I Spes mundi et Regnum Dei	Adventus	Verbi Dei celebratio Missa	Vigilia nocturna Orationis «Pater» consideratio	Salus pauperibus nuntiatur Hodiernæ mundi expectationes
II Verbum caro	Nativitas Epiphania	Laus vesperalis Celebratio Verbi Missa	Inthronisatio S. Scripturae Veneratio Iconis BMV	Manifestationes Spiritus
III «Pænitentia et credite»	Quadagesima	Vocatio ad conversionem (Missa)	Ieiunium - eleemosyna Impositio cinerum	Divisiones in mundo Conversio iuxta Lc 3, 11-14
IV Per mortem ad vitam	Triduum paschale Baptismus	Missa Revocatio Baptismi	Professio fidei Processio ad baptisterium Aspersio aquæ Via crucis	Exigentiae vitæ christiane Solicitude pro infirmis
V Celebratio reconciliationis	Sacramentum Pænitentiae	Celebratio pænitentialis Sacramentum Pænitentiae	Actus pænitentiales Confessio peccatorum Examen conscientiae	Sensus conversionis Sensus peccati Misericordia Dei
VI Ecclesia in Spiritu adunata	Pentecostes	Celebratio vigiliaris Officium lectionis (Missa)	Vigilia Peregrinatio Invocatio Sanctorum	Ecclesia localis et universalis Spiritus Sanctus, vinculum unitatis
VII Mysterium unitatis	Eucharistia	Missa	Cena Domini, sacrificium laudis et communionis	Eucaristia, centrum viæ Ecclesiae, vinculum caritatis
Quando Missa inter uncas indicatur, haec proponitur pro iis casibus in quibus alia celebratio peragi non potest.				

*I gressus: dominica vel feria II*

## SPES MUNDI ET REGNUM DEI

Homo singularis et cum societate coniunctus ante Deum, eius creatorem et Dominum.

Homini quærenti Deus salutem offert, eundem ad regnum suum ingredendum vocans eumque alliciens ut operam ferat ad eius ædificationem. Universa creatio totaque humana historia significationem sensumque obtinent si ad adventum Regni Dei contendunt, qui « cælos novos et terram novam » constituet, in quibus iustitia regnabit.

Contextus liturgicus argumenti proprius est tempus Adventus.

### I. CELEBRATIONIS FORMÆ

Circumstantiis personibusque præsentibus perspectis, quoad argumentum propositum variæ ordinari possunt celebrationes, quarum trium formæ indicantur. Argumento tamen considerato, forsitan præferenda esset Verbi Dei celebratio iuxta formas primo vel secundo loco notatas.

#### 1. Verbi Dei celebratio.

Ea structura usurpabitur quæ in Liturgia Verbi in Missa adhibetur, in eaquæ comprehenduntur:

*ritus initiales*: cantus, admonitio, oratio,  
*lectio* (vel *lectiones*) homilia, silentium meditationis, cantus (vel oratio),  
*oratio universalis* intercessionis et gratiarum actionis.

#### 2. Celebratio circa petitiones orationis dominicæ « Pater noster ».

Unaquæque orationis dominicæ « Pater noster » petitio per brevem sacræ Scripturæ textum illustratur, quem sequuntur:

brevis explanatio vel tempus meditationis,  
 strophæ cuiusdam cantus,  
 una vel plures orationis intentiones.

Omnia concluduntur per cantum orationis « Pater noster » in communi.

#### 3. Missa.

## II. ELEMENTA PRO CELEBRATIONIBUS

### **Verbi Dei celebratio**

a) Cantus: *Rorate, cæli, desuper vel alii huic similes.*

b) Lectiones:

Is 35, 1-10: « Deus ipse veniet et salvabit vos ».

Mc 13, 35-37: « Videte, vigilate et orate ».

Lc 12, 32-48: « Complacuit Patri dare vobis Regnum ».

Cf. etiam lectiones Missæ.

c) Oratio (cf. Missam).

### **Celebratio circa petitiones orationis dominicæ « Pater noster »**

Populo congregato, cantus canitur.

Monitio:

Ubi venit plenitudo témporis, misit Deus Fílium suum, factum ex muliere, factum sub lege, ut adoptiónem filiórū recipérēmus. Quóniam autem sumus filii, misi Deus Spíritum Fílli sui in corda nostra clamántem: « *Abba, Pater* » (cf. Gal 4, 4-6).

In Spíritu ergo Fílli primogéniti inter fratres, corda et voces nostras fidénter ad Patrem nostrum qui est in cælis erigámus.

1. Pater noster, qui es in cælis (*omnes repetunt*).

Brevis lectio: Mt 23, 8-9; vel: Rom 8, 14-16. 26-27.

Tempus silentii pro meditatione

Oratio: MR, Coll. dom. XIX per annum.

2. Pater noster, sanctificétur nomen tuum (*omnes repetunt*).

Brevis lectio: Io 16, 6. 11b. 25b-26.

Tempus silentii pro meditatione

Oratio: LH, Psalterium, Hebd. IV, f. IV ad Vesp.

3. Pater noster, advéniat Regnum tuum (*omnes repetunt*).

Brevis lectio: Mt 6, 31-32.

Tempus silentii pro meditatione

Oratio: MR, Coll. f. II heb. V Quadrag.

---

MR = *Missale Romanum*, ed. 1970.

LH = *Liturgia Horarum*, ed. 1971-1972.

4. Pater noster, fiat volúntas tua, sicut in cælo et in terra (*omnes repetunt*).

Brevis lectio: Mt 7, 21; Io 6, 38.

Tempus silentii pro meditatione .

Oratio: MR, Orationes super populum, n. 5.

5. Pater noster, da nobis hódie panem nostrum cotidiánum (*omnes repetunt*).

Brevis lectio: Mt 7, 7-9, 11.

Tempus silentii pro meditatione

Oratio: LH, Psalm., Hebd. IV, f. IV ad Vesp.

6. Pater noster, dimítte nobis débita nostra, sicut et nos dimíttimus debitoribus nostris (*omnes repetunt*).

Brevis lectio: Mc 11, 25; Mt 6, 14-15.

Tempus silentii pro meditatione

Oratio: Ordo Pæn., n. 211.

Deus et Pater noster,

tu remísisti peccáta nostra et pacem tuam dedísti nobis;  
fac ut semper ínvicem offensiónes remittámus,

et pacem simul in mundo faciámus.

Per Christum.

7. Pater noster, ne nos indúcas in tentatióne (*omnes repetunt*).

Brevis lectio: Mc 14, 38; vel: 1 Cor 10, 13 b.

Tempus silentii pro meditatione

Oratio: MR, Orationes super populum, n. 21.

8. Pater noster, líbera nos a malo (*omnes repetunt*).

Brevis lectio: Io 17, 14-17.

Tempus silentii pro meditatione

Oratio: MR, Orationes super populum, n. 12.

Brevis monitio. Cantus totius orationis dominicæ « Pater noster » et di-missio.

**Missa**

Ant. ad introitum: Phil 4, 4. 5.

Collecta (MR, ex orationibus post V et IV lectionem Vigiliae paschalis, p. 278, nn. 28-27)

Omnípotens sempítérne Deus,  
spes única mundi,  
multíplica quod patrum fídei spopondísti,  
ut quod prióres sancti non dubitavérunt futúrum,  
Ecclésia tam magna ex parte iam cognóscat implétum.  
Per Dóminum.

Lectio prima: Lam 3, 17-26: « Spes in Deo ».

Psalmus resp.: Ps 24, 4 bc-5 ab. 8-9 et 14 (R.: 1 b):

R. Ad te, Dómine, levávi ániam meam.

Lectio secunda: Rom 18-39: « Spes creationis et filiorum Dei ».

**Allelúia**

Lc 21, 28

R. Allelúia. Respícite et leváte cápita vestra,  
quóniam appropínquat redémpcio vestra. R. Allelúia.

Evangelium: Mt 24, 37-44: « Vigilate, ut sitis parati ».

Super oblata: MR, die 20 decembris, p. 145.

Præfatio: MR, De Adventu I, p. 393; vel: MR, De dominicis per annum VI, p. 417.

Ant. ad communionem: Tit 2, 12-13.

Post communionem: MR, die 17 decembris, p. 142.

### III. INDICATIONES PASTORALES

Ad argumentum intellegendum altiusque perscrutandum quæ sequuntur expendi possunt:

Œconomia bíblica salutis.

Peccatum et salutis nuntius.

Salus pauperibus nuntiata.

Actuales liberationis in mundo exspectaciones, præ oculis habita historia salutis.

*II gressus: feria II vel III*

### VERBUM CARO

Manifestationes Dei ad hominem.

Multifariam multisque modis olim loquens in Prophetis, novissimis diebus Deus in Filio suo locutus est qui Verbum caro factum, in omnibus nobis similis apparuit, absque peccato.

Dei Verbum, per quod omnia facta sunt, præsens perseverat et agit in mundo, in Ecclesia præsertim et in sacra Liturgia.

Contextus liturgicus in quo hæc omnia palam proferuntur est tempus Nativitatis-Ephiphaniæ, tempus quidem præcipuum « manifestationis » Dei in Christo.

#### I. CELEBRATIONIS FORMÆ

Argumento proposito attento, maxime conveniret:

- a) processionem ordinare in qua peculiari veneratione fideles Sacras Scripturas proseQUI possent, in quibus Christus præsens adest ac sese manifestat, siquidem ipse loquitur dum eadem in Ecclesia leguntur (cf. *Sacros. Conc.*, 7). In loco excelso exponi possent initio celebrationis vel ante Liturgiam Verbi.
- b) Fidelium venerationi exponere iconem Virginis Mariæ, Matris Dei. Ipsa etenim ea est quæ Dei verbo credidit illudque in se recepit ut idem mundo daret, fidei exemplar et credentium mater ideo effecta.

Omnes inter celebrationes præferenda videtur peculiaris Liturgia Vesperarum, in qua inserenda esset Verbi Dei proclamatio et laus seu canticum ad Beatae Mariæ Virginis laudem.

Si autem alicubi Laudes matutinæ loco Vesperarum celebrandæ opportuniiores viderentur, perficiantur ad exemplar schematis Vesperarum, peculiaribus assumptis psalmis, antiphonis et lectionibus.

#### 1. Vesperæ.

#### 2. Celebratio Verbi Dei.

*Ritus initiales*: cantus, admonitio, oratio.

*Lectio* (*vel lectiones*), homilia, silentium meditationis, cantus (*vel oratio*).

*Oratio universalis* intercessionis et gratiarum actionis.

#### 3. Missa.

## II. ELEMENTA PRO CELEBRATIONIBUS

**Vesperæ**

Introductio.

Hymnus: Christe, Redémptor omnium (LH I, 313)

**Psalmodia***Ant. 1.* Ante luciferum génitus et ante sécula,  
Dóminus Salvátor noster in hoc mundo appáruit.

Ps 109 = LH I, 463.

*Ant. 2.* Rex pacíficus magnificátus est,  
cuius vultum desíderat unívrsa terra.

Ps 112 = LH I, 319.

*Ant. 3.* Mystérium, quod absconditum fuit a séculis  
et generatióibus, nunc manifestátum est.

Cant. 1 Tim 3, 16 = LH I, 447.

Lectio brevis: 2 Tim 1, 9-10, vel: Tit 3, 4-5, vel: Is 61, 1-2 a.

Responsoriū breve: LH I, 416.

Ad Magnificat ant.: LH I, 416.

Preces: LH I, 422-423.

Oratio: LH I, 423, vel MR, p. 674.

**Missa**

· Ant. ad introitum: MR, feria II temporis Nativitatis, p. 170.

Collecta (MR, die 20 decembris, p. 145, una cum  
feria II temporis Nativitatis, p. 175)

Deus, cuius ineffábile Verbum,  
 Angelo nuntiánte, Virgo immaculáta suscépit  
 et, domus divinitátis effécta, Sancti Spíritus luce replétur,  
 præsta, quássumus,  
 ut Salvatóris mundi manifestáta humánitas,  
 méntibus nostris revelétur semper et crescat.  
 Per Dóminum.

Lectio prima: Is 9, 2-4. 6-7: « Filius datus est nobis ».

Psalmus resp.: Ps 97, 1. 2-3 ab. 3 cd-4. 5-6 (R: 3 c).

R. Vidérunt omnes términi terræ salutáre Dei nostri.

Lectio secunda: 1 Io 1, 1-4: « Quod vidimus, annuntiamus vobis ».

Alleluia Lc 2, 14

R. Allelúia. y. Glória in altíssimis Deo  
et in terra pax homínibus bonæ voluntátis. R. Allelúia.

Evangelium: Lc 2, 1-14: « Evangelizo vobis gaudium magnum ».

Super oblatæ (MR, in Nativitate Domini, ad Missam in die, p. 157  
et ad Missam in aurora, p. 156)

Oblátio tibi sit, Dómine, hodiérnæ celebratiónis accépta,  
ut, sicut homo génitus idem præfúlsit et Deus,  
sic nobis hæc terréna substántia cónferat  
quod divínūm est.

Per Christum.

Præfatio: MR, de Epiphania Domini, p. 398.

Ant. ad communionem: Lc 2, 32.

Post communionem:

(cf. MR, in Nativitate Domini, ad Missam in die, p. 157).

Præsta, misericors Deus, ut natus homo Salvátor mundi,  
sicut divinæ nobis generatiónis est auctor,  
ita et immortalitátis sit ipse largítor.

Qui vivit.

### III. INDICATIONES PASTORALES

Opportunum esset, testimoniis adhibitis, percipere et offerre actuales Spíritus in mundo manifestaciones.

*Signa* quædam actionis Spiritus in mundo hodierno possent videri, v. gr., in nova patefactione Verbi Dei et sacræ Liturgiæ, in sensu Ecclesiæ quanto est communitas orationis et vitæ, in desiderio universalí (etiam in sinu Ecclesiæ: cf. motus oecumenicus) pacis et unitatis, in visione Mariæ Virginis ut est imago Ecclesiæ.

*III gressus: feria III vel IV*

### PÆNITEMINI ET CREDITE

Vocatio ad conversionem veniae nuntium.

Vocatio ad conversionem, saepe per prophetas iterata, corda hominum ad adventum Regni Dei præparavit in Ioannis Baptiste prædicatione (Mc 1, 4). Christus non solum homines ad pænitentiam et ad redditum ad Deum adhortatus est, sed et peccatores magna misericordia exceptit eosque Patri reconciliavit.

Via pænitentiæ ex duplice aperitur consideratione: immensæ Dei misericordiæ ad veniam concedendam semper parati, et propriæ hominis peccatoris condicionis. Unde duplex exsurgit «confessio»:

confessio Dei, misericordiarum Patris,

confessio hominis qui sese peccatorem agnoscit.

Contextus liturgicus proprius est tempus Quadragesimæ.

### I. CELEBRATIONIS FORMÆ

Ut celebratio effectum in vita fidelium obtineat, ut signum voluntatis conversionis et pænitentiæ suggeri posset ieunium: quod ex non sumpto cibo expensum non est verti potest in oblationem pro necessitatibus pauperum et Ecclesiæ. Induci posset et ritus impositionis cinerum.

**1. Vocatio ad conversionem** per peculiarem Verbi Dei celebrationem vel aliquam formam traditionalem prædicationis. Quolibet in casu quæ sequuntur haberi oportet:

*ritus initiales - lectio sacræ Scripturæ - prædicatio - tempus silentii pro meditazione - «confessio» divisionum in mundo existentium (per testimonia, cantus, etc.).*

*litanie supplicationis*

*oratio confessionis misericordiæ Dei*

**3. Missa.**

**II. ELEMENTA PRO CELEBRATIONIBUS****a) Cantus:**

*Confessio misericordiæ Dei:* Ps 102, 1-4, 1-8 cum ꝑ. Misericórdias Dómini ab æterno et usque in æternum super timéntes eum.

*Confessio hominis peccatoris:* Ps 50 cum ꝑ. Emendémus in mélius.  
(MR, feria IV Cinerum, p. 180)

**b) Lectiones:**

Amos 5, 4.14-15. 21-24 « Quærite bonum, ut vivatis ».

Is 55, 6-9 « Quærite Dominum, dum inveniri potest ».

Act 3, 3-15. 17-19 « Pænitemini et convertimini ».

1 Io 2, 1-5 « Ipse est propitiatio pro peccatis nostris ».

Mt 3, 1-12 « Pænitentiam agite ».

Lc 15, 1-7 « Inveni ovem meam quæ perierat ».

Lc 15, 1-3. 11-32 « Pater peccavi ».

**c) Oratio (cf. *Ordo Pænitentiæ* et orationes MR tempore Quadragesimæ).****III. INDICATIONES PASTORALES**

Præ oculis habendo quæ apud Lc 3, 11-14 proferuntur, explanetur qua ratione in vitam concrete induci possit conversio.

Pro christifideli unica exstat divisio, quæ a peccato perficitur. Universæ aliæ divisiones religiosæ, politicæ, sociales, in Christo et per Christum superandæ sunt.

Conversio est etiam reparatio per quam Evangelium suscipitur et voluntas confirmatur serius officium credendi in vitam inducendi.

---

« Pertanto, Noi auspichiamo che sia riscoperto il valore delle pratiche penitenziali, come segno e via della grazia, e impegno per l'intimo rinnovamento che riceve la sua piena efficacia nel Sacramento della Penitenza, da usare e amministrare secondo le disposizioni della Chiesa, per una ripresa individuale e comunitaria del cammino sulla via della salvezza (cf. At 16, 17).

A Noi sembra che l'espressione, l'occasione e quasi la sintesi di queste pratiche, le quali avranno il loro coronamento nella celebrazione eucaristica, possa essere il Pellegrinaggio, che nella tradizione autentica dell'ascetica cristiana, è stato sempre effettuato per motivi di pietà e di espiazione ».

(Ex Epistola Summi Pontificis Pauli VI ad Card. M. de Furstenberg).

*IV gressus: feria IV vel V*

## PER MORTEM AD VITAM

Paschale Christi mysterium scindi non potest: est transitus ad vitam gloriosam illius qui resurrexit, per passionem et mortem.

Passio Christi proinde est « Passio gloria ».

In Christo et cum Christo in baptismate christifidelis moritur peccato ut novam Christi vitam reapse vivat.

Contextus liturgicus qui in lucem ponit hunc eventum eumque celebrat est Paschale triduum et Baptismum.

### I. CELEBRATIONIS FORMÆ

Quæ indicantur revocare peculiari ratione volunt sive renovationem Baptismatis, per quod homo transit revera de morte ad vitam, sive sacrificium eucharisticum, per quod paschale renovatur mysterium novaque resurrectionis vita homini cum Christo conmortuo et concrucifixo donatur.

Tali modo extollitur:

et realitas sacramentalis mysterii paschalis Christi Iesu,  
et realitas christiani qui inseritur in mortem Christi ut in ipso Resurrectionem habeat.

Triplex celebrationis forma indicatur:

**1. Missa** cui includitur renovatio promissarum Baptismatis ut in Vigilia Paschali.

**2. Celebratio** quæ centrum habet in renovatione fidei baptismalis. Quæ quidem renovatio, peragenda quodammodo iuxta ritum in Vigilia Paschali adhibitum, quæ sequuntur comprehendit:

*nuntium mortis et resurrectionis Domini* (cum lectione, prædicatione, cantu)  
*revocationem Baptismatis* (cum lectione et meditatione)  
*professionem fidei*  
*intercessionem* et gratiarum actionem - Pater noster.

**3. Via Crucis** quæ concluditur per memoriam Resurrectionis Domini.

## II. ELEMENTA PRO CELEBRATIONIBUS

**Missa**

Ant. ad introitum: MR, feria VI in Passione Domini, ant. ad adoratio-nem sanctæ Crucis, p. 258.

Collecta (cf. MR, oratio ante communionem, p. 474,  
una cum collecta in dominica Paschæ, p. 291)

Dómine Iesu Christe, Fili Dei vivi,  
qui, ex voluntáte Patris,  
cooperánte Spíritu Sancto,  
per mortem tuam mundum vivificásti,  
præsta, quásimus,  
ut per innovatiónei ejúsdem Spíritus  
in lúmine vitæ resurgámus.  
Qui vivis et regnas.

**Lectiones**

Lectio prima: Is 52, 13-53, 12 « Livore eius sanati sumus ».

Psalmus resp.: Ps 30, 2 et 6. 12-13. 15-16. 17 et 25 (R. 23, 46).  
R. Pater, in manus tuas comméndo spíritum meum.

Lectio secunda: Heb. 4, 14-16; 5, 7-9 « Factus est omnibus causa salutis ».

Alleluia: Ap 1, 5 ab.

Evangelium: Io 20, 19-31 « Ut vitam habeatis ».

Post homiliam opportune fit renovatio fidei baptismalis (cf. infra).

Super oblata: MR, dominica in Palmis, p. 235.

Præfatio: MR, de dominicis per annum IV, p. 415.

Ant. ad communionem: MR, feria IV Hebdomadæ Sanctæ, p. 238.

Post communionem: Ap 5, 9-10.

**Celebratio** quæ centrum habet in renovatione fidei baptismalis.

1. Lectiones:

a) *Nuntium mysterii paschalis.*

Mc 15, 33-39; 16, 1-6 « Iesum Nazarenum quæritis crucifixum: resurrexit ».

Lc 23, 44-49; 24, 1-6a « Quid quæritis viventem cum mortuis? ».

Lc 24, 33-48 « Oportebat Christum pati et resurgere a mortuis tertia die ».

Cantus: (MR, f. VI in Passione Domini, cantus ad adorat. Crucis)

Crucem tuam adorámus, Dómine, ...

b) *Revocatio Baptismatis:*

Rom 6, 3-5 « Complantati similitudini mortis et resurrectionis eius ».

Gal 3, 26-28 « Quicumque in Christo baptizati estis, Christum induistis ».

Cantus: (1 Pt 1, 3-5; cf. Ord. Baptism. Parvul., n. 237)

2. Renovatio fidei Baptismalis:

Per paschále mystérium, fratres caríssimi,  
in baptísmo conseptúti sumus cum Christo,  
ut cum eo in novitáte vitæ ambulémus.

Quapropter Christum Dóminum celebrántes  
qui de morte per gloriósam passióinem transívit ad vitam,  
sancti baptísmatis promissiónes renovémus,-  
quibus olim Sátanæ et opéribus eius abrenuntiávimus,  
et Deo in sancta Ecclésia cathólica servíre promísimus.

Deinde fit professio fidei cantu Symboli, vel formula quæ in Missali romano indicatur pro renovatione promissionum Baptismatis in vigilia Paschali peragenda.

Cantus: ex Ord. Baptism. Parvul., n. 238.

3. Intercessiones et gratiarum actiones:

Pater, qui hóminem creásti ut tibi vivat,  
¶. Tibi vívere vólumus.

Pater, qui hóminem de morte ad vitam per Fílii tui passióinem gloriósam vocásti, *R.*

Pater, qui in Fílio tuo vis ut vitam habeámus et abundántius habeámus, *R.*

Pater, qui Spíritum Sanctum nobis donásti ut ipsi obsecundántes in Iesu fílii tui nominémur et simus, *R.*

Pater, qui in morte Fílii tui nos mórtuos vis, ut per eius resurrectiōnem in novitáte vitæ ambulémus, *R.*

Pater, qui in Ecclésia tua per lavácrum regeneratiōnis in Spíritu Sancto ad vitam novam nos vocásti ut testes resurrectiōnis Fílii tui simus, *R.*

Pater, qui in primogénito mortuórum qui resurréxit ad vitam spem nobis resurrectiōnis indidísti, *R.*

Quia nos de morte ad vitam in lúmine vultus tui vocásti,  
*R.* Grátias, tibi, Dómine.

Quia vitam nobis in Eucharístia contínuo offers, *R.*

Quia ut tibi vivámus, fidem, spem et caritátem nobis donas, *R.*

Quia ut vita tua vivámus in Ecclésia Fílii tui nos per baptísmum duxísti, *R.*

Pater noster ... (*ab omnibus dicitur*).

### Oratio

Dómine, Deus et Pater noster,  
qui per Fílii tui Passióinem vitam nobis donásti,  
tríbue ut eius morti per pæniténtiam consociáti,  
ipsíus étiam Resurrectiōnis  
cum ómnibus homínibus partícipes esse valeámus.  
Per Christum.

Vel:

Concéde, omnípotens et miséricors Deus,  
ut Spíritu tuo moti et roboráti,  
semper mortificatiōnem Iesu  
in córpore nostro circumferámus,  
ut et vita eius manifestétur in nobis.  
Per Christum.

Cantu apto vel benedictione et dimissione celebratio concluditur.

## III. INDICATIONES PASTORALES

In lucem poni posset, præter officium quo in virtute Baptismatis et Confirmationis fidelis tenetur ad testimonium reddendum morti et resurrectioni Christi per verba et opera, in vita personali, familiari et sociali, significatio tribulationum et passionum in Corpore Christi mystico.  
Posset item sollicitudo communitatæ christianæ urgeri pro iis omnibus qui in dolore cum Christo patiuntur.

---

« Per cogliere qualche cosa al problema religioso abbiamo bisogno di silenzio; di silenzio interiore, il quale reclama forse anche un po' di silenzio esteriore. Silenzio: vogliamo dire pausa di tutti i rumori, di tutte le impressioni sensibili, di tutte le voci, che l'ambiente impone alla nostra ascoltazione, e che ci rende estroflessi, ci fa sordi, mentre ci riempie di echi, d'immagini, di stimoli, che, volere o no, paralizzano la nostra libertà interiore, di pensare, di pregare. Silenzio qui non vuol dire sonno; vuol dire, nel caso nostro, un colloquio con noi stessi, una riflessione tranquilla, un atto di coscienza, un momento di solitudine personale, un tentativo di ricupero di se stessi. Diremo di più: daremo al silenzio la capacità di ascoltazione. Ascoltazione di che cosa? di chi? Non possiamo dire; ma sappiamo che l'ascoltazione spirituale lascia percepire, se Dio ce ne fa grazia, la sua voce, quella sua voce, che subito si distingue per dolcezza e per vigore, per parola sua, di Dio; il Dio, che allora, quasi per istintivo impulso, noi incominciamo dentro a chiamare, con avidità di conoscere e di capire, con angoscia e con fiducia, con insolita commozione e con invadente bontà: il Dio-Verbo, fatio maestro interiore.

Siamo condotti su questa traccia dalla stagione liturgica dell'Avvento: tacere per ascoltare; e dal pressante motivo dell'Anno Santo, che impone silenzio e preghiera e che prepara alle tante nostre moderne inquietudini la risposta di Dio, quella del suo Amore e della nostra salvezza ».

(Ex Allocutione Summi Pontificis Pauli VI in Audientia generali diei 5 dec. 1973: *L'Osservatore Romano*, 6 dicembre 1973).

*V gressus: feria V vel VI*

## CELEBRATIO RECONCILIATIONIS

Reconciliatio hominis peccatoris cum Deo fit per Ecclesiae, salutis sacramenti, mediationem. Non unus peccator per sua pænitentiae opera ad reconciliationem cooperatur, sed Ecclesia universa una cum illo orat, eum sustinet, pro illo veniam postulat. Homo etenim solidalis cum hominibus est in peccato et ideo etiam in suo ad Deum redit. Quod quidem significat universam etiam christianam communitatem contendere debere ad renovationem.

Agitur hic de gressu maioris momenti in itinere reconciliationis cuius liturgicus contextus est Pænitentiae sacramentum, præcipue ut exhibetur in *Ordine Pænitentie* mox edendo.

### I. CELEBRATIONIS FORMÆ

#### 1. Celebratio pænitentialis.

##### Celebratio sacramentalis Pænitentiae.

Utraque forma necessaria dicenda est ad veram reconciliationem obtinendam. Prima quidem ut conscientia ad lumen verbi Dei illuminetur et cor misericordiae Dei Patris aperiatur, ut comprehendendi possint socialis peccati sensus et significatio orationis Ecclesiae in homine cum Deo reconciliando; altera autem ad effectum reddendam sacramentaliter reconciliationem cum Deo eiusque Ecclesia.

Duo actus temporibus distinctis peragi possunt. Pariter confessio culparum et individualis absolutio haberi possunt die distincto a die quo celebratio pænitentialis agitur.

In *Ordine Pænitentie* indicationes textuum et rubricarum proponuntur pro celebrationibus pænitentialibus et pro celebratione sacramenti Pænitentiae. Structura autem ea est, quæ sequitur: Convenit ut post ritum initii (cantum, salutationem et orationem), una vel plures lectiones e Scripturis Sacris proferantur, cantibus vel psalmis vel silentii momentis interpositis, quæ per homiliam fidelibus congregatis explicentur et applicentur.

Post homiliam et meditationem verbi Dei, expedit ut fideles uno ore et una voce orent, per precem litanicam vel alio opportuniore modo. Postremo oratio dominica semper dicatur ut Deus Pater noster « dimittat nobis debita nostra sicut et nos dimittimus debitoribus nostris ... et liberet nos a malo ». Sacerdos, sive minister qui congregationi præest, concludit cum oratione et populi dimissione.

Pro communitatibus fidelium qui tempore distincto a celebratione pænitentiali Missam celebrare cupiunt, totam diem ad pænitentiam ordinando, peculiare schema Missæ propositum est.

## II. ELEMENTA PRO CELEBRATIONIBUS

a) *Cantus: Parce, Dómine.*

b) *Lectiones:*

Ez 18, 21-23. 30-32 « Convertimini et agite pænitentiam ».

Ps resp.: 24. R. Réspice in me, Dómine, et miserére mei.

Eph 4, 23-32 « Renovamini spiritu mentis vestræ ».

Lc 15, 11-32 « Surgam et ibo ad Patrem meum ».

c) *Oratio:*

(cfr. MR, dominica IV in Quadragesima, p. 208,  
una cum dominica VI per annum, p. 355).

Deus, qui per Verbum tuum  
humáni géneris reconciliatióne mirabíliter operáris,  
concéde fámulis tuis  
ut, peccatórum remissióne consecúta,  
spe, fide et caritáte fervéntes,  
semper unánimi concórdia persevérant.  
Per Dóminum.

## III. INDICATIONES PASTORALES

Diffuse in mox edendo *Ordine Pænitentiæ* indicationes pastorales haben-tur, eaque respiciunt:

sensum evangelicum conversionis,  
pacem a Patre in Christo et Spiritu Sancto per Ecclesiam oblatam,  
significationem socialem peccati,  
occursus cum miserenti Dei amore.

*« Con l'Anno Santo la Chiesa, esercitando il ministero della riconciliazione (cf. 2 Cor 5, 18), offre occasioni, privilegiate, richiami speciali, perché tutti coloro che saranno raggiunti dalla sua parola e, più ancora, come è nei Nostri voti e nelle Nostre preghiere più ardenti, dal tocco interno e ineffabile della grazia, abbiano a partecipare alla gioia cristiana, frutto delle virtù salvifiche del Redentore.*

*... le speranze che riponiamo nelle celebrazioni del prossimo Anno Santo sono, lo ripetiamo, il rinnovamento e la riconciliazione come fatti interiori e come attuazioni di unità, di fraternità, di pace che si espandono, dagli animi rinnovati e riconciliati in Cristo, in tutta la Chiesa e verso tutta la società umana, sulle vie della carità, il cui frutto è la giustizia, la bontà, il perdono reciproco, il dono di sé e dei propri beni per i fratelli ».*

(Ex Epistola Summi Pontificis Pauli VI ad Card. M. de Furstenberg).

*VI gressus: feria VI vel sabbatum*

## ECCLESIA IN SPIRITU ADUNATA

Ecclesiæ localis adunatio signum et præsentia est Ecclesiæ universalis quæ una est, sancta, catholica et apostolica.

Ipsa mundo sese manifestat ut signum salutis et amoris Dei erga homines. Populus est sacerdotalis, gens sancta, in vinculo Patris et Filii et Spiritus Sancti, sub moderamine Pastorum, adunata.

Ecclesia in mundo palam manifestatur in Pentecoste: tempus proinde Pentecostes est contextus liturgicus huius gressus qui homines efformare debet ad sensum et ad dinamismum Ecclesiæ localis.

### I. CELEBRATIONIS FORMÆ

Pro hoc gressu opportuna videtur « vigilia » orationis vel peregrinatio ad locum aliquem ad symbolum assumptum, ut est ecclesia cathedralis, vel basilica quædam, vel aliquod sanctuarium fidelium pietati dilectum. Duplici modo vigilia ordinari valet:

**Celebratione** quadam ideali cuius amplum schema proponitur infra;  
**Officio lectionis** ad modum « vigiliæ protractæ », cuius item schema offeratur.

Qui duplex modus vigiliam ordinandi concludi potest per **Liturgiam Eucharisticam**.

### II. ELEMENTA PRO CELEBRATIONIBUS

#### Celebratio vigiliaris.

Processio habetur ab aliquo adunationis loco ad ecclesiam, peregrinationis vel vigiliæ metam, qua durante cantus haberi potest *prime partis* Litaniarum sanctorum, in quibus opportune inseri possent nomina sanctorum qui in loco magis excoluntur. Initio processionis vel cum ad ecclesiam pervenit dicitur:

#### Oratio

Deus, qui in singulis Ecclésiis per orbem peregrinis unam, sanctam, cathólicam et apostólica maniféstas Ecclésiam,  
 plebi tuæ concéde benígnus ita pastóri suo adunári atque per Evangélium et Eucharístiam congregári in Spíritu Sancto,

ut universitatem populi tui digne valeat representare,  
et signum fiat  
atque praesentiae Christi in mundo sacramentum.  
Qu vivit et regnat.

### Lectiones

Act 2, 42-47 « Erant perseverantes in doctrina Apostolorum ».

Ps 121 ¶. Lætamini cum Ierusalem et exultate in ea (Is 66, 10).

1 Pt 2, 4-9 « Tamquam lapides vivi superaedificamini domus spiritalis ».

Io 17, 11b-19 « Ut sint unum sicut nos ».

Homilia - Tempus silentii pro meditatione.

### Litaniæ:

1 Pars: Invocatio sanctorum

¶. Ora pro nobis.

(Si initio celebrationis facta non fuerit).

2 Pars: Pænitentialis

¶. Libera nos, Dómine.

3 Pars: Intercessio universalis

¶. Te rogámus, audi nos.

Prex laudis et gratiarum actionis

y. Dóminus vobiscum.

¶. Et cum spíitu tuo.

y. Sursum corda.

¶. Habémus ad Dóminum.

y. Gratiás agámus Dómino Deo nostro.

¶. Dignum et iustum est.

Vere dignum et iustum est,

æquum et salutare,

nos tibi semper et ubique gratiás ágere,

Dómine, sancte Pater,

omnipotens æterne Deus:

Qui per Fílium tuum Unigénitum,  
Dóminum nostrum Iesum Christum,  
nos adduxisti ad agnitionem tuæ veritatis,  
ut unus fidei et baptismi vínculo

Corpus eius efficerémur;  
 per Ipsum cunctis géntibus  
 lárgiens Spíritum Sanctum tuum,  
 qui in diversitáte donórum mirabilis operátor,  
 variarúmque gratiárum distribútor,  
 prædicántium linguárum dispensátor  
 et unitátis effector,  
 credéntes univérsos inhábitat  
 totámque replet et regit Ecclésiam.

Quapropter profúsis gáudiis,  
 totus in orbe terrárum mundus exsultat.  
 Sed et supérnæ virtútes  
 atque angélicæ potestátes  
 hymnum glóriæ tuæ cóncinunt,  
 sine fine dicéntes:

*Omnes canunt:*

Sanctus, sanctus, sanctus,  
 Dóminus Deus Sábaoth.  
 Pleni sunt cæli et terra glória tua.  
 Hosánnia in excélsis.  
 Benedíctus qui venit in nómine Dómini.  
 Hosánnia in excélsis.

*Ille qui præst prosequitur:*

Vere sanctus es,  
 Rex sæculórum et fons unitátis,  
 qui diversitátem géntium  
 in confessióne tui nóminis adunásti;  
 Sanctus unigénitus Fílius tuus,  
 Dóminus noster Iesus Christus,  
 qui nocte qua tradebátur,  
 rogans ut omnes credéntes unum essent,  
 apóstolis suis corpus et sánguinem suum trádidit  
 unitátis sacraméntum;  
 Sanctus quoque Spíritus tuus,  
 per quem novi fédéreris pópulum in unitáte fidei, spei et caritátis  
 vocáre et congregáre voluísti.

Súpplices ergo te rogámus,  
 amátor hóminum, Dómine:

novam hódie et pleniórem Spíritus tui grátiam  
super nos effúnde  
ut digne ambulémus vocatióne  
qua vocásti nos,  
cum omni humilitáte et mansuetudine,  
cum patiéntia supportántes ívicem in caritáte,  
sollíciti serváte unitátem Spíritus  
in vínculo pacis.

Exáudi nos ígitur, Dómine,  
et ubertátem misericordiárum tuárum antiquárum  
revéla super nos.  
In virtúte adveniéntis Spíritus tui,  
ecclesiárum divisiónes rémove,  
pulchritúdinem Sponsæ Christi tui ínnova,  
pacem tuam et dilectionem copiósius largíre,  
ut Ecclésia signum eleváatum in natiónes  
clárius effúlgeat,  
et mundus, Spíritu tuo illustrátus,  
in Christum quem misísti crédere incípiat,  
nobisque ómnibus, fíliis lucis ac pacis efféctis,  
da ut iam nunc ætéerna præsagiéntes,  
uno ore et corde glorificáre valeámus  
inscrutábile nomen tuum  
Patris et Fílli et Spíritus Sancti,  
nunc et semper et in sǽcula sǽculórum.

*Omnes: Amen.*

Qua in prece, cœtus fidelium acclamations pro opportunitate inserere potest, sicut etiam peculiares intentiones communitati locali congruas addere.

*Qui præest prosequitur:*

Unum corpus Christi autem,  
per Spíritum Sanctum in Ecclésia effécti,  
vocem nostram uno ore et uno corde  
ad Patrem nostrum qui in cælis est attollámus,  
dicéntes:

Pater noster ... (*ab omnibus dicitur vel canitur*).

Celebratio concluditur cantu apto vel benedictione et dimissione.

**Officium lectionis.**

Introductio officii.

Hymnus: *Veni, Crátor* = LH II, 795.

Psalmodia = LH II, 800-802.

*Ant. 1.* Spíritus ubi vult spirat, et vocem eius audis;  
et nescis unde véniat aut quo vadat, allelúia.

Ps 103, 1-12.

*Ant. 2.* O quam bonus et suávis est, Dómine,  
Spíritus tuus in nobis, allelúia.

Ps 103, 13-23.

*Ant. 3.* Emítte Spíritum tuum, et creabúntur,  
et renovábis fáciem terræ, allelúia.

Ps 103, 24-35.

¶. Ego vobíscum sum ómnibus diébus, dicit Dóminus.

¶. Usque ad consummatiÓnem séculi, allelúia.

Lectio I: De Actibus Apostolórum                   Act 2, 1-8. 12-18. 37-47

Responsorium   Io 15, 15; 14, 26; 15, 14 = LH II, 755-756

Lectio II: Ex ConstitutiÓne dogmática « Lumen géntium » Concílii  
Vaticáni Secúndi de Ecclésia (nn. 4 et 12).

Responsorium   1 Cor 12, 6-7. 27 = LH II, 762

---

Ad libitum, pro Vigilia protracta:

Cantica

*Ant.* Cáritas Dei diffusa est in córdibus nostris,  
per inhabitántem Spíritum eius in nobis, allelúia.

Canticum I. Hymnus de caritate                   1 Cor 13, 4-8a. 13

¶. Mandátum novum do vobis, ut diligátis ínvicem sicut diléxi vos,  
dicit Dóminus (Io 13, 34).

Canticum II. De Beatitudinibus                   Mt 5, 3-12a

¶. Meménto nostri, Dómine,  
cum véneris in Regnum tuum,  
meménto nostri (Lc 23, 42).

Canticum III. Hymnus Ecclesiae Ap 19, 1-7 = LH II, 858

*Ant.* Cáritas Dei ...

Evangelium: Mt 28, 16-20 « Euntes docete omnes gentes »: LH II, 1760.

Vel: Io 7, 37-39 « Aquæ vivæ Spiritus ».

Hymnus: Te Deum = LH II, 822.

Oratio: LH II, 775, vel: LH II, 808, vel: LH III, 613.

### Missa

Missæ schema offertur pro iis casibus quibus opportunum videtur peregrinationem vel celebrationem concludere per Liturgiam eucharisticam.

#### a) I SCHEMA

*Ant.* ad introitum: Ps 105, MR, p. 47.

Collecta: MR, pro sancta Ecclesia, p. 773.

Lectio prima: Is 60, 1-5 « Gloria Domini in te videbitur ».

Psalmus resp.: Ps 121, 1-2. 4-5. 6-7. 8-9 (¶. Is 66, 10).

¶. Lætámini cum Ierúsalem et exsultáte in ea.

Lectio secunda: 1 Cor 12, 12-30 « Vos estis corpus Christi ».

Alleluia

Eph 4, 5

¶. Allelúia. ¶. Unus Dóminus, una fides, unum baptísma,  
unus Deus et Pater. ¶. Allelúia.

Evangelium: Io 21, 15-19 « Pasce oves meas ».

Super oblata: MR, pro sancta Ecclesia, p. 773.

Præfatio: MR, de dominicis per annum VIII, p. 419.

*Ant.* ad communionem

Ubi cáritas est vera, Deus ibi est.

Congregávit nos in unum Christi amor.

Post communionem: MR, die 29 iunii ad Missam in die, p. 573.

*b) II SCHEMA - DE SANCTA MARIA ECCLESIAE MATRE*

Ant. ad introitum

cf. Act 1, 14

Erant discípuli perseverántes unanímiter  
in oratione cum María, matre Iesu.

## Collecta

Deus, misericordiarum Pater,  
cuius Unigenitus, cruci affixus,  
beátam Mariam Vírginem, Genetricem suam,  
Matrem quoque nostram constituit,  
concéde, quásimus, ut, eius cooperante caritáte,  
Ecclésia tua, in dies fecundior prolis sanctitáte exsultet  
et in grémium suum cunctas átrahat familiás populórum.  
Per Dóminum.

Lectio prima: Gen 3, 9-15. 20 « Mater viventium ».

Psalmus resp.: Ps 86, 1-3. 4-5. 6-7.

¶. (cf. Ps 45, 6 a): Deus in medio Ecclésiae, non commovébitur.

Vel (Iudt 15, 10 d): Tu honorificéntia pópuli nostri.

Lectio secunda: Act 1, 12-14 « Erant perseverantes in oratione cum  
Maria matre Iesu ».

Alleluia

Lc 1, 28

Ave María, grácia plena, Dóminus tecum;  
benedicta tu in muliéribus.

Vel:

O felix Virgo, quae Dóminum genuisti,  
o beata Mater Ecclésiae,  
quae in nobis foves Spíritum  
Fílii tui Iesu Christi!

Evangelium: Lc 1, 26-38 « Ecce ancilla Domini ».

Vel: Io 2, 1-11 « Erat mater Iesu ibi ... et crediderunt in eum ».

Vel: Io 19, 25-34, vel brevior: 25-27 « Ecce filius tuus. Ecce ma-  
ter tua ».

## Super oblata

Súscipe, Dómine, oblationes nostras  
et in mystérium salutis converte,

cuius virtute  
et caritate Vírginis Maríae, Ecclésiae Matris, inflammémur  
et óperi redemptiónis cum ea áctius sociári mereámur.  
Per Christum.

### Præfatio

Vere dignum ... ætérne Deus:  
Et te in celebratióne beatæ Maríae Vírginis  
débitis magnificáre præcóniis.  
Quæ Verbum tuum immaculátō corde suscípiens  
virgíneo méritu sinu concípere  
atque, páriens Condítorem, Ecclésiae fovit exórdia.  
Quæ iuxta crucem testaméntum divinæ caritatis accípiens,  
univérsos hómines in filios assúmpsit,  
Christi morte ad supérnam vitam generátos.

Quæ, cum Apóstoli Promíssum exspectárent tuum,  
supplicatióne suam discipulórum prémibüs iungens,  
exemplar éxstitit orántis Ecclésiae.

Ad glóriam autem evécta cælórum,  
Ecclésiam peregrinántem matérno proséquitur amóre  
eiúsque gressus ad pátriam tuétur benígna,  
donec dies Dómini gloriósus advéniat.

Et ídeo cum Sanctis et Angelis univérsis  
te collaudámus, sine fine dcéntes:

Ant. ad communionem: cf. Io 2, 1. 11, vel: cf. Io 19, 26-27.

### Post communionem

Sumpto, Dómine, pignore redemptiónis et vitæ,  
súpplices adprecámur  
ut Ecclésia tua, matérna Vírginis ope,  
et Evangélii præcónio univérsas gentes erúdiat  
et Spíritus effúsióne orbem terrárum adímpleat.  
Per Christum.

### III. INDICATIONES PASTORALES

Peculiari in luce ponantur rationes inter Ecclesiam localem et Ecclesiam universalem.

Proponatur etiam doctrina de peculiari functione et munere Spiritus Sancti,  
quatenus anima est Ecclesiae, unitatis vinculum et donorum ac charisma-  
tum excitator.

*VII gressus: sabbatum vel dies dominica*

### MYSTERIUM UNITATIS

Eucharistia, centrum unitatis et actuositatis Ecclesiae localis et Ecclesiae universalis.

Celebratio Missæ culmen est quo tendit quodlibet ecclesiasticum ministerium sicut universa fidelium actuositas, vita socialis, professionalis, etc.

#### I. CELEBRATIONIS FORMA

Tota huius gressus conclusivi itineris salutis attentio ponetur in celebrazione plena, conscientia et actuosa Missæ.

#### II. ELEMENTA PRO CELEBRATIONE MISSÆ

Ant. ad introitum: Is 48, 20.

Collecta: MR, pro unitate christianorum 2, p. 790.

Lectio prima: Ez 36, 24-28 « Congregabo vos de universis terris ».

Vel, tempore paschali:

Act 2, 42-47 « Erant perseverantes in communicatione fractionis panis ».

Psalmus resp.: Ps 99.

R. Nos populus eius et oves pascuae eius.

Lectio secunda: 1 Cor 10, 16-17 « Unus panis, unum corpus multi sumus ».

Alleluia

Io 17, 21

R. Alleluia. V. Ut omnes unum sint,  
sicut tu, Pater, in me et ego in te,  
ut credat mundus quia tu me misisti. R. Alleluia.

Evangelium: Io 15, 1-8 « Qui manet in me, et ego in eo, hic fert fructum multum ».

**Oratio universalis**

Fratres, Pater misit nobis Spíritum Sanctum,  
unum corpus in Christo Salvatóre nos constitúens,  
cuius unum panem et unum cálicem participámus.  
Cum illo reconciliáti in itínere salútis  
anni benignitátis eius,  
fidem nostram nostrámq[ue] caritátem renovémus, orántes:  
R. Nos tecum in unitáte coniúnge, Dómine.

1. Ut Ecclésia tua,  
ex omni pópulo et natióne in tuo Spíritu adunáta,  
sancta sit et sine mácula,  
omnésque hómines  
ad conversiónem et Eucharístiam trahens,  
salútis sacraméntum magis in dies exstet, orémus:

R. Nos tecum in unitáte coniúnge, Dómine.

2. Ut hómines univérsi,  
Verbo dóciles quo ad pæniténtiam vocántur,  
ad fontes salútis currant,  
et in Eucharístia, unitátis mystério,  
pacem invéniant quam tu unus dare potes, orémus:

R. Nos tecum in unitáte coniúnge, Dómine.

3. Ut pópulus acquisitiónis tuæ,  
cui fœdus novum in cruce obtulísti,  
per paschále mystérium  
quod continénter Eucharístia rénovat,  
a Christo qui diléxit et trádidit semetípsum  
legem caritatis discat, quæ usque ad mortem sese donat,  
orémus:

R. Nos tecum in unitáte coniúnge, Dómine.

4. Ut cum María et Apóstolis,  
in communicatióne fractiōnis panis et oratióne persevérans,  
coniúncta,  
Ecclésia tua vígilans persevéreret in advéntum Regni  
paupéribus et humílibus promíssum, quorum spem érigis,  
orémus:

R. Nos tecum in unitáte coniúnge, Dómine.

5. Ut incessanter in tui dilectione renovata,  
 Ecclésia magis ac magis revelatio sit vultus tuæ misericordiae  
 et testis resurrectioñis tuæ  
 pro hominibus univerſis qui te in veritate inquirunt,  
 orémus:

R. Nos tecum in unitate coniunge, Dómine.

### Oratio

Misericordiarum Pater,  
 qui ex omnibus gentibus homines ad paenitentiam vocas,  
 ut, in tua caritate per Spíritum Sanctum reconciliati,  
 in Ecclésia tuum novi fidei populum constituant,  
 concéde, quæsumus,  
 ut per Eucharistiam, unitatis mystérium,  
 cor unum et anima una perpétuo inveniantur,  
 et per eos, amoris tui testes,  
 te mundus cognoscat  
 et quem misisti Iesum Christum, Filium tuum.  
 Qui vivit et regnat in secula seculorum.

R. Amen.

Super oblata: MR, de Domino nostro Iesu Christo, universorum Rege, p. 380.

Præfatio: MR, de Domino nostro Iesu Christo, universorum Rege, p. 381; vel e Missa « pro unitate Christianorum », p. 791.

Ant. ad communionem: Io 17, 21. 23 vel: Mt 16, 15.

Post communionem: MR, pro sancta Ecclesia, p. 773.

### III. INDICATIONES PASTORALES

Apte proponi potest doctrina de loco Eucharistiae in vita christiana fovenda et in Ecclesia locali ædificanda.

Explicari etiam potest participationem unius mensæ Corporis Domini et illius Verbi communionem caritatis et unitatis omnium requirere.

## APPENDIX

## I

## MISSA PRO ANNO SANCTO

*Hæc Missa adhiberi potest quando peculiares celebrationes habentur occasione Anni Sancti. In Missis autem sine populo dici potest quando Missæ «ad diversa» permittuntur.*

Ant. ad introitum

(MR, 829)

Salus populi ego sum, dicit Dóminus;  
de quacumque tribulatiōne clamáverint ad me,  
exaudiām eos, et ero illorū Dóminus in perpétuum.  
(Ps 24: Ad te, Dómine, levávi; vel: Ps 66: Deus misereátur nostri).

Intentiones in actum pænitentiale inserendæ:

Dómine Iesu, qui in mundum venísti  
ad homines Deo Patri reconciliándos:  
Kýrie, élison. R. Kýrie, élison.

Christe, serve fidélis,  
qui pro nobis peccátum factus es,  
ut nos iustitia Dei efficerémur:  
Christe, élison. R. Christe, élison.

Fili Dei, semper vivens apud Patrem  
in unitatē Spíritus Sancti  
ad interpellandum pro nobis:  
Kýrie, élison. R. Kýrie, élison.

Collecta

Deus cleméntia et reconciliatiōnis,  
qui præcipios dies salútis homínibus præbes  
ad te ómnium Creatórem et Patrem agnoscéndum,  
per hoc acceptábile tempus propítius nos áduva,  
ut, libénter verbum pacis a te accipiéntes,  
ómnia in Christo instaurándi  
tuæ deserviámus voluntáti.  
Per Dóminum.

*Vel, præsertim tempore paschali:*

Deus, veræ libertatis auctor,  
qui omnes homines unum vis efformare populum  
a servitute solutum,  
quicque gratiae et benedictionis annum Ecclesiæ tuæ praebes,  
concide, quæsumus,  
ut, incrementa libertatis accipiens,  
universale salutis sacramentum  
in mundum vividius ipsa apparet  
atque in homines caritatis manifestet et operetur mysterium.  
Per Dominum.

Lectio prima: Is 55, 1-3 c. 6-9 « Quærite Dominum ».

Psalmus resp.: Ps 50, 3-4. 12-13. 14-15.

R. (12 a): Cor mundum crea in me, Deus.

Lectio secunda: 2 Cor 5, 17-21; 6, 1-2 « Reconciliamini Deo ».

Alleluia Mt 5, 9

Alleluia. R. Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur. R. Alleluia.

Evangelium: Lc 4, 14-21 « Prædicare annum Domini acceptum ».

Vel: Mt 5, 1-12 a « Gaudete et exsultate ».

*Iuxta diversitatem temporum, sumi possunt etiam aliæ lectiones biblicæ ex iis quæ proponuntur in celebrationibus pro Anno Sancto, præsertim pro « Hebdomada reconciliationis ».*

Super oblata (cf. MR, 804 et 806)

Memorare, Domine, Filium tuum,  
qui est pax et reconciliatio nostra,  
mundi peccatum suo sanguine delevisse,  
et munera Ecclesiæ tuæ propitijs aspiciens,  
da ut, gratiam huius anni cum lætitia celebrantes,  
libertatem Christi ad omnes possimus extendere.  
Qui vivit.

Præfatio Cf. MR, 399

Vere dignum ... per Christum Dominum nostrum.  
Quia fidelibus tuis benignè concédis

tempus acceptábile conversiónis et indulgentiæ,  
ut pænitentiæ pietatisque officia propensius exsequentes,  
per Spíritum caritatis qui datus est nobis  
ad gratiæ filiorum plenitudinem perducantur.

Unde et nos, Dómine, cum Angelis et Sanctis univérsis,  
tibi confitémur, in exultatione dicentes:

Sanctus, Sanctus, Sanctus...

*Vel:*

Præfatio de Dominicis per annum, I: MR, p. 412.

*Ad orationem dominicam:*

Et nunc orationem  
quam Christus Dóminus nos docuit,  
omnes simul, filii unius Dei et Patris,  
fraternam reconciliacionem querentes,  
sincero corde dicamus: Pater noster ...

Ant. ad communionem: Mt. 11, 28; vel: Io 16, 24; cum Ps. 22, vel 33.

**Post Communionem**

Sacramentum Filii tui, quod sumpsimus,  
quæsumus, Dómine, vires nostras adaugeat,  
ut, ex hoc unitatis mysterio,  
válidum hauriámus amórem  
et ubique tuæ pacis operátores efficiámur.

Per Christum.

**Benedictio sollemnis**

1. Deus, Pater misericordiarum,  
qui vos sibi reconciliavit per Christum,  
suam vobis benedictionem benignus infundat  
et corda vestra in fide, spe et caritate stabilit. R. Amen.

2. Christus quem sequimini confidenter,  
corda vestra ad omnem caritatem apériat,  
ut hoc tempore salutis gratiam Dei recipiat,  
et faciat vos lucem esse fratribus vestris. R. Amen.

3. Christus, reconciliatio nostra,  
dies et actus vestros in sua pace dispónat,  
mentes vestras suo gáudio ímpleat  
et ad vitam ætérnam felíciter vos perdúcat. ¶ Amen.

Benedícat vos omnípotens Deus,  
Pater, et Filius, ☧ et Spiritus Sanctus. ¶ Amen.

## II

### ORATIO ANNI SANCTI

*Textus lingua gallica exaratus referimus:*

Seigneur notre Dieu, Père et ami des hommes,  
tu as voulu te réconcilier toute l'humanité  
en ton Fils Jésus Christ, mort et ressuscité,  
réconciliant ainsi tous les hommes entre eux.  
Ecoute la prière de ton peuple  
en cette année de grâce et de salut. ¶<sup>1</sup>

Que ton Esprit de vie et de sainteté  
nous renouvelle au plus intime de notre cœur  
en nous unissant, dans toute notre vie,  
au Christ ressuscité, notre Sauveur et notre Frère. ¶

En marche avec tous les chrétiens  
sur les chemins de l'Evangile,  
puissions-nous, fidèles aux enseignements de l'Eglise  
et attentifs aux besoins de nos frères,  
devenir des ouvriers de réconciliation,  
d'unité et de paix. ¶

Féconde les efforts de tous ceux  
qui travaillent au service des hommes.  
Sois l'espérance et la lumière

<sup>1</sup> Dans la prière en commun, la réponse du peuple peut être: Souviens-toi de nous, Seigneur, ou: Seigneur prends pitié, ou: De grâce, écoute-nous, ou toute autre réponse adaptée.

Dans la récitation privée, la réponse (¶) à chaque invitation est supprimée et la prière finale est remplacée par la conclusion: Par le Christ, notre Seigneur. Amen.

de tous ceux qui te cherchent sans te connaître  
et de ceux qui, te connaissant,  
te cherchent toujours davantage. ¶.

Pardonne nos péchés, affermis notre foi,  
stimule notre espérance, accrois notre charité;  
fais que nous vivions, à la suite de Jésus,  
comme tes enfants bien-aimés. ¶.

Que ton Eglise, avec l'aide maternelle de Marie,  
soit signe et sacrement de salut pour tous les hommes,  
afin que le monde croie à ton amour et à ta vérité. ¶.

Exaude, Père très bon,  
la prière que ton Esprit nous inspire  
pour ta gloire et le salut de tous,  
par Jésus Christ, ton Fils et notre Seigneur,  
qui est la voie, la vérité et la vie  
pour les siècles des siècles. ¶. Amen.

### III

### SACRA PÆNITENTIARIA APOSTOLICA

#### DECRETUM

STATUITUR OPUS REQUISITUM AD LUCRANDUM  
« DONUM INDULGENTIÆ »

IN VARIIS ECCLESIIS LOCALIBUS ANNI SACRI OCCASIONE

Em.mus Cardinalis Præses Consilii Primarii Anno Sacro celebrando,  
ab hac Sacra Pænitentiaria Apostolica postulavit, ut statueretur opus  
requisitum ad lucrandum « donum Indulgentiae », quod Beatissimus  
Pater pollicitus est ad spiritum confirmandum reconciliationis et reno-  
vationis; quæ huius Anni Sacri sunt propriæ.

Sacra Pænitentiaria, de mandato Summi Pontificis, hæc concedit, ut  
nempe a die Dominica prima Adventus huius anni usque ad diem, quo  
Annus Sacer hic Romæ sollemniter inaugurarabitur, christifideles varia-  
rum Ecclesiæ localium lucrari possint:

1) Indulgentiam Plenariam, temporibus a Conferentiis Episcopala-  
libus statuendis, si sacram peregrinationem susceperint ad cathedrale  
templum, vel ad alias sacras ædes a loci Ordinario designatas, in quibus  
sollemnitas celebratio communictaria habeatur;

2) Indulgentiam Plenariam, item temporibus a Conferentiis Episcopalis statuendis, si in coetus congregati (v. gr. familiares, scholarum alumni, iisdem artibus vel muneribus addicti, piarum consociationum sodales) templum cathedralē, vel alias sacras aedes a loci Ordinario designatas, visitaverint ibique animo piis considerationibus intento constiterint per congruum temporis spatium, concludendum recitatione vel cantu Orationis Dominicae et Symboli Apostolorum, et invocatione Beatissimae Virginis Mariæ.

3) Indulgentiam Plenariam, si, morbo vel alia gravi causa impediti, spiritualiter piæ peregrinationi se adiunixerint, preces suas suosque dolores Deo offerentes.

Quod autem attinet ad Romanam Dicecesim, quam sane addecet hac in re exemplo et incitamento esse ceteris communitatibus ecclesiasticis, eadem Sacra Pænitentiaria decernit ut tempora ac modi lucrandi prædictam Indulgentiam Plenariam ab Em.mo Cardinale Vicario in Urbe Generali statuantur.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romae, ex Sacra Pænitentiaria Apostolica, die 24 mensis Septembris 1973.

G. Sessolo

*Regens*

G. Card. PAUPINI

*Pænit. Maior*

---

*Anche il concetto di Indulgenza, imprescindibile nell'Anno Santo, sarà bene spiegarlo in rapporto ai valori primari della carità e della penitenza per cui avviene la conversione del cuore, la liberazione dal male, l'espansione del bene e della pace nella realizzazione della fraternità umana. La Chiesa, come ministra dei beni salutari che da tutti i membri del Corpo mistico di Cristo confluiscono nella misteriosa realtà della Comunione dei Santi, fa dono ai fedeli di questo aiuto soprannaturale, per cui essi possono purificarsi e perfezionarsi nella loro unione con Dio, fino alla cancellazione di ogni residuo del peccato, e quindi alla conversione perfetta. Ma tutto ciò è sempre opera della grazia con cui lo Spirito Santo visita e riempie i cuori, rimette i peccati e fa vivere gli uomini come figli di Dio.*

(Ex secunda epistola Em.mi Card. M. de Furstenberg ad Praesides Conferentiarum Episcopaliū: *Anno Santo*, n. 1, p. 76).

# LIBRERIA EDITRICE VATICANA

CITTÀ DEL VATICANO

c/c post. 1/16722

## RITUALE ROMANUM

ORDO BAPTISMI PARVULORUM, editio typica altera, 1973, in-8°, pp. 96. L. 1.800 (\$ 3,10).

ORDO INITIATIONIS CHRISTIANAE ADULTORUM, editio typica, 1972, in-8°, pp. 188. L. 3.200 (\$ 5,60).

ORDO CELEBRANDI MATRIMONIUM, editio typica, 1969, in-8°, pp. 40. L. 900 (\$ 1,60).

ORDO PROFESSIONIS RELIGIOSAE, editio typica, 1970, in-8°, pp. 128. L. 1.800 (\$ 3,15).

ORDO EXSEQUIARUM, editio typica, 1969, in-8°, pp. 92. L. 1.200 (\$ 2,10).

ORDO UNCTIONIS INFIRMORUM EORUMQUE PASTORALIS CURAE, editio typica, 1972, pp. 84. L. 1.900 (\$ 3,20).

DE SACRA COMMUNIONE ET DE CULTU MYSTERII EUCHARISTICI EXTRA MISSAM, editio typica 1973, pp. 72. L. 1.600 (\$ 3).



## PONTIFICALE ROMANUM

DE ORDINATIONE DIACONI, PRESBYTERI ET EPISCOPI, editio typica, 1968, cm. 22×29, typis clarissimis nigri et flavi coloris, cum una imagine extra textum, pp. 136, linteo contectum et ornamentis aureis decoratum. L. 5.000 (\$ 9).

DE INSTITUTIONE LECTORUM ET ACOLYTHORUM; DE ADMISSIONE INTER CANDIDATOS AD DIACONATUM ET PRESBYTERATUM; DE SACRO CAELIBATU AMPLECTENDO, editio typica, 1972, in-8°, pp. 38. L. 900 (\$ 1,60).

ORDO BENEDICENDI OLEUM CATECHUMENORUM ET INFIRMORUM ET CONFICIENDI CHRISMA, editio typica, 1971, in-8°, pp. 20. L. 500 (\$ 0,90).

ORDO BENEDICTIONIS ABBATIS ET ABBATISSAE, editio typica, 1971, in-8°, pp. 32. L. 1.000 (\$ 1,90).

ORDO CONFIRMATIONIS, editio typica, 1972, in-8°, pp. 52. L. 1.000 (\$ 1,90).

ORDO CONSECRATIONIS VIRGINUM, editio typica, 1970, in-8°, pp. 68. L. 1.400 (\$ 2,10).

LIBRERIA EDITRICE VATICANA

CITTÀ DEL VATICANO

c/c post. 1/16722

*Septima impressio, 1974*

LITURGIA HORARUM

EX DECRETO SACROSANCTI OECUMENICI CONCILII VATICANI II RESTITUTA

EDITIO TYPICA

Totum opus constat quattuor voluminibus, in-12° (cm. 11×17), charta indica  
eburneata, typis nigri et rubri coloris, 1 vol. spissum cm. 3; ponderis: gr. 500.

Adduntur folia soluta cum textibus frequentius occurrentibus.

Vol. I, pag. 1304; vol. II, pag. 1800; vol. III, pag. 1644; vol. IV, pag. 1624.

Pretium totius operis:

A) corio contecti cum sectione foliorum rubra Lit. 58.000 (\$ 100)

B) corio caprino optime contecti, cum sectione foliorum rubra-aurata  
Lit. 70.000 (\$ 122).

Editio oeconomica: Lit. 26.000 (\$ 45).

Tegumentum e corio factum est ad unum volumen accommodatum, Lit. 3.500  
(\$ 6).



***Proxime prodibit***

ENCHIRIDION DOCUMENTORUM  
INSTAURATIONIS LITURGICAE

Cura et studio Sacrae Congregationis pro Cultu Divino

In volumine colliguntur omnia documenta Liturgiam directe respicientia vel quae  
cum ipsa rationem habent, a Summo Pontifice, a S. Congregatione Rituum et pro  
Cultu Divino, a «Consilio ad exequendam Constitutionem de sacra Liturgia»,  
necnon ab aliis Dicasteriis et Officiis Sanctae Sedis edita, inde a promulgata  
Constitutione *Sacrosanctum Concilium*, die 4 decembris 1963. De omnibus  
documentis ampla datur bibliographia circa editiones et commentaria in praecipuis  
linguis modernis exarata. Singula argumenta facilius inveniri poterunt ope variorum  
indicum.